10615

GRATULATIO SOLENNIS
UNIVERSITATIS OXONIENSIS
OB
CELSISSIMUM GEORGIUM FRED. AUG.
WALLIÆ PRINCIPEM
GEORGIO III.
ET
CHARLOTTÆ REGINÆ
AUSPICATISSIME NATUM.

OXONII,
E TYPOGRAPHEO CLARENDONIANO.
MDCCLXII.

III
G R
HONI SOIT QUI MAL Y PENSE

AD REGEM.

MACTE novâ cum laude Parens, auguſte GEÖRGI!
Altior heroo pede nunc aſſurgere geſtit
Feſta genethliacis applaudens Muſa triumphis.
Greſſus illa tuos læto comitatur honore,
Quà tu cunque viam virtutum tramite longo
Illuſtras, impreſſa ſequens veſtigia laudum.
Illa ſacro regale caput diademate cinxit,
Auſpiciiſque tuis ſerum produxit in ævum
Delicias populi florentis, et aurea ſecla:
Illa tibi tædas accendit rite jugales,
Hymen O Hymenæe canens; et pronuba blando
Augurio æterni ſtabilivit fœdus amoris.

Jamque puerperii ſpem concinit, haud prece vanâ
Sic affata deos, queis vincla jugalia curæ;
"Nunc O fortunas gentis ſervate Britannæ!
"Naſcatur tali de rege GEÖRGIUS alter!
"Tuque fave, Lucina; tuus jam regnat Apollo."
Quod Muſæ pietas, et ſpes, et vota petebant,
En! matura dies abſolvit; et omine fauſto
Prodit, uti cœlo demiſſum lumen, in auras
Regia progenies. I, nuntia fama per urbes,
Omnis ut unanimi circumſonet Anglia plauſu,
Conſcia lætitiæ, quam ſpondent fata perennem
Pignore firmatam tali: ſic ſtirpis avitæ
Succreſcat ſoboles, dum GEORGIUS uſque ſuperſtes
Imperet, ad ſeros miſſurus ſceptra nepotes.

Fortunate parens! fas tecum templa ſubire,
Primitiaſque deo thalami ſacrare jugalis,
Et votis pro pace favens arceſſere numen.
Quæ te cunque juvant, eadem nos gaudia tangunt,
Publica materies: quin nos rape in omnia tecùm,
Atque urbis curas, et ſpem ſurgentis Iuli;
Quem non degenerem aut patriæ virtutis egentem
Arguat ulla dies. — Animis atque arte magiſtrâ
Hic opus, Ænea, teneris heroa ſub annis
Quæ ſubigat, fera corda domans, fingatque docendo.
Blanda ſuum luxu Delphinum Gallia perdat,
Fœmineoque animum doceat molleſcere cultu:
Illa ſuperſtitione ipſas contaminet aras,
Dedecoret factis Chriſti de nomine nomen:
Inſtruat illa malas fraudes, artemque nocendi;
Illa fidem violare, et publica rumpere jura
Audeat, et durâ frœnare tyrannide gentes:
Illa inhiet regnis, alienaſque occupet arces,
Impia bella ciens, nullos habitura triumphos;
Et quaſſum dubiâ formidine miſceat orbem:
Hoc velit ambitio, et regnandi dira libido.
Te vero, Angliaci proles animoſa Geörgî,
Laus diverſa manet; non tu dominabere victis
Civibus, oppreſſâ de libertate triumphans:
Nec te deliciis captum blandiſſima Syren
In nugas in damna trahet maleſuada Voluptas:
Caſta ſed inſtituet docilem cultura juventam,
Ingeniumque ſagax aptabit ad ardua rerum;
Simplicitaſque, et aperta Fides ignara dolorum,

Curaque

Curaque relligionis in altâ mente repoſta,
Illuſtret regale decus. Quin I pede fauſto,
I jam, cæleſtis quo te ſapientia ducit,
Patre pio monſtrante viam — ſic itur ad aſtra.
Imperium proferre ſuper Garamantas et Indos
Ambitio Pellæa movet: tu regna tueri,
Ulciſcique hoſtes, et marte repellere martem;
Tu regere imperiis ſecura per otia gentem,
Legibus emendans, pergas, et moribus ornans;
Tu ſervare fidem paciſque imponere morem —
Hic labor, hoc opus. O bellis invicte Geörgî,
Hæ tibi erunt artes, potiores mille triumphis.
O quando poſitis miteſcent ſecula bellis,
Et nova pacato ſurget gens aurea mundo?
Eia age, ſupremo decus hoc appone labori,
Æqua reluctantes cogens in jura tyrannos.
Sit modo certa fides, et non violabile pactæ
Fœdus amicitiæ; tali mercede redempta
Damna vel ipſa juvant, et non ſine ſanguine laurus.
Tantus amor pacis, tantæ eſt concordia curæ.
Sit felix omen! jam nunc Victoria plaudens
Naſcentis pueri cunis prætexit olivam,
Oſtenditque novos regni ſurgentis honores.
Aſpice, venturo lætentur ut omnia ſeclo;
Pax redit, innocuo comitantur gaudia luſu:
Fundit opes tellus, et pleno Copia cornu,
Et revocata Fides viget, et pulcherrima rerum
Libertas, populoque Themis dans jura volenti.
Navibus interea longinqua per æquora tutum

Præſtabit Neptunus iter, curſuſque ſecundos;
Diſſitaque apportans gemini commercia mundi
Grande dabit vectigal; et Afer et Indus uterque
Confluet ad toto diviſos orbe Britannos.

Tu tamen, O bone Rex, gentem dignare togatam
Reſpicere, et placidâ florentes pace Camœnas:
Ægide depoſitâ tua Pallas mitior artes
Excolet ingenuas; et, te duce et auſpice, magnos
Æmulus ingeniorum ardor conſurget in auſus.
Non tuba Virgilii deerit neque tibia Flacci
In laudes, Auguſte, tuas; tua plurima vati
Materiem præbet virtus, quâ nulla Theatro
Clarior accedat, neque Phœbo gratior ulla,
Quam quæ rite tuos faſtis inſcribit honores,
Pacifici celebrans victoris Muſa triumphum.

JOSEPHUS BROWNE S. T. P.
COLL. REGINÆ PRÆPOSITUS,
UNIVERSITATIS OXON. VICE-CANCELLARIUS.

PRæcipitare fugam juſſus, mandataque divûm
Deferre, æthereâ miſſus ab arce Jovis,
Aptat inauratas humeris Cyllenius alas,
Et ſolitâ nitidos inſtruit arte pedes:
Nec mora; per liquidos tractus, cœlique meatus,
Perque vias ſolis, ſidereaſque plagas,
Fertur, ubi vitreas expandit Thameſis ulnas,
Turritumque latus, navigerumque ſinum;
Miratur deus; et collectis impiger alis
Devexum prono corpore radit iter:
Principis ad teneri cunabula tendit, et omnem
Plumarum ambroſio ſpargit odore domum:
Oſtentans manibus fulgentia munera divûm,
Explicat innumeras officioſus opes.
Omnia Lemniacæ felix ſolertia dextræ
Cuderat, ornatu luxuriata novo.
Primùm aperit ſceptrum, donum regale Tonantis,
Ante oculos pueri terque quaterque rotat;
Sceptrum auro factum, exiguum, ſummâ arte politum,
Ordine gemmarum multicolore nitens.
Inde manu attollit, Neptuni inſigne, Tridentem,
Diſtinctum ſpoliis divitis Oceani:
Illum cæruleo variant conchylia fuco,
Et quæcunque imis bacca relucet aquis.
En! ſtupet, inſolitoſque ſonos puer inſcius audit,
Mercurio auratam percutiente lyram.
Hanc dederat lauroque ſua decorârat Apollo,
Et doctâ aptârat fila canora manu.
Ipſa quoque officii Pallas non immemor, haſtam
Ornabat, miris ingenioſa modis;
Pacificæ ramum ſuper incurvabat olivæ;
(Sic dea conſilio temperat arma ſuo.)

GRATULATIO

Illuſtriſſimus Princeps *Henricus* Dux de *Beaufort*,
e Coll. Oriel.

Dum puer eximiâ captatur imagine rerum,
Talibus alatus nuncius alloquitur:
" Jupiter hæc, dilecte infans, munuſcula miſit,
Digna Britannorum principe, digna Jove:
Hæc tibi ſint curæ, teneræque crepundia dextræ;
Jam diſce ætatis munia parva tuæ:
At ſimul Angliacum poteris cognoſcere nomen,
Et famam, et veterûm fortia facta virûm;
Fortunaſque ſequi magnas, moreſque parentis,
Virtutiſque vias, imperiique decus;
Diſces tanta tibi quid vellet cura deorum,
Quæque his debetur gloria muneribus:
Hinc olim poteris contundere marte Superbos,
Hinc olim placidâ pace beare Tuos."
Dixit, et expanſis diverberat æthera pennis,
Stellataſque Jovis tendit adire domos.

NAſceris alme puer, ſecli felicis origo
Naſceris, et major rerumque beatior ordo
Procedet. Longùm jam cœli exercuit ira
Ah! meritas gentes, totoque incanduit orbe:
Nec ſat erat, pavidæ naturæ a ſedibus imis
Fundamenta quati, ac magnam ingemuiſſe parentem
Urbibus everſis; undantive æquore condi
Tellurem, et ponti perferre immania monſtra:
Ipſe ſibi fit peſtis homo crudelior ultrò.
Ipſi ſe invadunt ſimulato fulmine cæci
Terrigenæ, flammiſque, nefas! ferroque coruſco
Oppida ſollicitant, et agros, Neptuniaque arva;
Et ſævum properant per mutua vulnera lethum.
Quæ regio in terris miſerorum haud oſſibus albet?
Sanguine quæ noſtro oceani non decolor unda eſt?
Quod mare, quæ tellus, quæ non et ſidera cæli
Res Britonum, et famam GEORGÎ teſtantur et arma?
Ille quidem invitâ redimitur tempora lauru
Victor, et uſque manu ramum prætendit olivæ,
Pacem optans toties dare fuſis hoſtibus æquam.
Nequicquam: donec te ſidus, amabilis infans,
Lætius indulſit mundo, voluitque paternum
Luce novâ inſignire caput; te, cujus ad ortûs
Omina felicis rabiemque iraſque reponant
Converſæ, et coeant æterna in fœdera gentes.
Ergo levabit atrox orbem Diſcordia, tortis
Anguibus excedens, Erebique adigetur ad umbras.
Tuta iterum domino parebunt arva colono,
Atque operum lætum cumulabit frugibus annus;
Securæ venient nota ad mulctralia vaccæ:
Priſca Fides, Pietaſque redux, Aſtræaque terras,
Et cruce Relligio pectus ſignata, beabunt.
Naſceris, alme puer, ſecli melioris origo.

Honoratiſſimus *Arthurus* Comes de *Angleſey*,
ex Æde Chriſti.

GRATULATIO

DUM pignus thalami jugalis almo
Charlotta in gremio fovebat, uſque
Infixis oculis, ſimul maritus
Suſpenſo ſuper halitu ſuſurrat:
"Spes ô! primitiæque caſti amoris,
Patris deliciæ, piæque matris!
Quas, Lucina, tibi boniſque divis
Gratias ago millies ſuperque!
Mihi, ſiquid adhuc licet rogare,
Dii dent, ingenui pudore vultûs
Ut matrem referat puer tenellus.
Nec mores faciles, nec abſit illa,
Quæ me ſurripuit, decora virtus."
Hæc vir — nec mora, ſe reflectit uxor
Mellitos oculos videns amoris,
Infantem ſimul ore ſuaviata:
"Dum te, Vita, tuumque dulce pignus
Amplexu teneo, deos quid ultra
Rogandum ſupereſt? Rogetur unum:
Ut, ſi fas fuerit, tenellus infans,
Quem lætis madidiſque nunc ocellis
Ludentem intueor, vigore mentis
Sit patri ſimilis; patrem virili
Sequatur ſtudio; ſit illa cordis
Severi probitas; ſit ille vultus
Jucundâ gravitate temperatus."
Hæc gaudet Venus audiens, facemque
Flammantem quatit altiùs Cupido.
Nec omen leve gaudii perennis,
Patri ſemihiantibus labellis
Puer brachia porrigit puſilla.

Honoratiſſimus Dominus *Robertus Spencer*,
Illuſtriſſimi Principis *Georgii* Ducis de *Marlborough* Frater,
ex Æde Chriſti.

Dilecta conjux cùm jaceret acribus
Transfixa jam doloribus,
Et jam remiſſi ſæpe, poſt breves moras,
Incerta ferrent nuncii,
Quot fluctuabat inter ancipites metus
Suſpenſa mens GEORGII,
Dum ſperat, optatæque nunc proli timet,
Nunc conjugi ſuaviſſimæ.
Simul recurſat indoles animo pia,
Moreſque, et ingenium placens,
Et quicquid unquam molliora tempora
Amabile aut blandum ferant.
Has inter ægritudines lætiſſimus
Repentè nuncius advolat,
Matris ſalutem filiique prædicans.
O! quale tam dulcis ſonus
Diffudit ora per paterna gaudium!
Diuque ſuavi gaudeat
Infante; curas inter arduas diu
Fruatur hoc ſolatio.
O magne præſes imperî Britannici,
Rerumque ſpes fidiſſima,
Quanquam Britanni nominis, duce te, decus
Terras per omnes diditur,
Quanquam tropæa mille ſurgant Indiæ
Ad utriuſque littora,
Non talis unquam corda tentavit priùs
Sublapſa ſenſus intimos,
Qualis voluptas aderit, ut primùm puer
Te voce patrem dixerit.

Honoratiſſimus Dominus *Edvardus Bentinck*,
Illuſtriſſimi Principis *Guilielmi* Ducis de *Portland* Frater,
ex Æde Chriſti.

GRATULATIO

O terras ubicunque colas, aut æquora ponti,
Huc refer ô placidum, Pax fugitiva, pedem!
Alma veni, Angliacos optata allabere portus,
Non terra imperio dignior ulla tuo eſt.
Libertas tibi fida comes, caſtæque Camœnæ,
Hic gaudent ſtabilem conſtituiſſe domum.
Multa tuis Britones pia thura imponimus aris,
Fundimus et querulis carmina ſparſa modis.
Traduntur ventis et ſpes et vota precantum;
Nil pietas, noſtræ nil valuere preces.
Ipſe etiam qui ſceptra tenet, licèt inclytus armis,
Georgius ipſe tuum numen abeſſe dolet.
Nec ſat victrici circumdata tempora lauru,
Nec cæſæ hoſtiles ſat placuere manus.
Scilicet infido ceſſit fiducia Gallo,
Et dolet irati numina læſa dei.
Hiſpanæ veniunt, veniunt nova præda, cohortes;
India direptas utraque luget opes.
Plus multo eſt Britonum ſtabili quod gaudet amore,
Audit quòd patriæ rexque paterque ſuæ;
Quaque ferat greſſum, ſtudiis comitantur euntem
Et læti juvenes, et, pia turba, ſenes.
Plus multo eſt, conſors ſolii Caroletta torique
Quòd prolem caſti pignus amoris habet.
At nil tanta juvat magnarum gloria rerum,
Nec puer Aſcanius, conjugiive fides,
Angliacos donec fines, Pax alma, reviſas,
Et fidi redeant in tua jura lares.
Tecum grata quies, et pleno Copia cornu,
Intrabunt notos, candida Diva, ſinus.
Nauta domum repetens gemmis decorabit Eois
Et ſponſam, et ſancti pignora cara tori:
Attonitiſque ſuis pandens miracula belli,
Oſtendet forti rapta tropæa manu.

Ergo

Ergo nec proli metuet matrona, nec ulla
Abſenti conjux diſſociata viro.
Regius Angliaci nato moderamina ſceptri,
Et regni exponet dogmata ſacra pater:
Quâ poſſit leges, quâ libera jura tueri,
Nec tamen imperii non memor eſſe ſui.
Conjugis accreſcet (ſi fas) nova gratia formæ,
Dulcius et nomen dulce parentis erit.

Honoratiſſimus Dominus *Edvardus* Baro *Leigh*,
è Coll. Oriel.

PArvule ô, cunas habitans, manuque
Cereâ, quâ mox ſolii Britanni
Sceptra vibrabis, leviora nunc cre-
pundia quaſſans;
Quem pater verſat genibus, ſinuque
Quem premit, dulci metuens ſaluti,
Anxie lætans CAROLETTA, ſalvumque
Anglia ſperat:
Queis modis, quali officio laboris
Æmulæ Muſæ tibi gratulentur;
Debiti cui jam neque mens nec ætas
Conſcia cantûs?
En! tuo adventu truculenta Mavors
Tela deponit: ſatis ô ſuperque,
Inquit, armorum: vocat ille partus
Munia pacis.

GRATULATIO

En! tuo adventu duplici renidet
Laureâ miles; dolet arva rurſum
Rapta vi Gallus, dolet ictu Iberus
Simplice victus.
Reſtat ut famâ pater artibuſque
Georgius ditet patriam volentem;
Mox tibi (at ſero) imperii gerendas
Credat habenas.
Interim rarâ docilis juventâ
Audies; dictique memor, parentis
Transferes vitam in proprios, propago
Inclyta, mores.
Te manet mille illecebris Voluptas
Perfidùm ridens, ſtudioſa fraudis;
Te ſuo captare parat veneno
Improba Circe.
Tu tamen, præcepta ſequens paterna,
Cautus et Syrtes fugies latentes,
Naufraga et præter volitabis æquo
Marmora curſu.

Honoratiſſimus Dominus *Philippus* Vice-comes *Wenman*, A. M.
e Coll. Oriel.

To the QUEEN.

ACcept, Fond Mother, for that grateful name
New luſtre to thy glory adds, accept
Theſe lays unworthy, yet aſpiring ſtill
To ſing thy worth unparallel'd, to ſing
With thee thy tender charge; and evermore
His praiſe be told, his honour mix'd with thine!
Who but with heart elate, with thankful eye,
Beheld the dawning of that glorious morn
Preſenting to our view the beauteous ſtar?
With joy, as weary mariners, we caught
The ſign propitious, certain now to reach
The port of wealth, proſperity, and peace.
O mark each virtuous parent! and declare,
What choicer bleſſing could his birth adorn,
Than to be ſent their mutual love to grace,
Sole object of their fond united care?
Far happier yet, to gain that noble claim,
That rich inheritance, great George's heart;
Thoſe virtues, which thro' all this favour'd realm
Religion's fountain pure, and the clear ſtream
Of juſtice have enlarged, whence fraught with love
His ſubjects hearts the grateful harveſt yield:
Than to be born the riſing hope, the joy
Of England thus renown'd, thus flouriſhing
Mid' the deſtruction of her vanquiſh'd foes.
Whilſt the dark frown of angry fortune's brow
All Europe elſe o'ercaſts, ſhe ſtill ſecure
Sits ſmiling on the general terror; ſtill
Submitting to her wide-ſpread yoke, new worlds
At once her clemency and power confeſs.
See to thy name, illuſtrious Monarch, ſee
A laſting honour riſe! upheld in him
Shall late poſterity thy name revere,

Thy virtue ſtill unſullied; ſtill with pride
Shall trace the boaſted lineage, and confeſs
The glorious fountain of their heart-felt joy.
And thou, ſweet prince, on whoſe laborious care
The great deſign, th' extenſive taſk depends,
O let in thee thy father's gen'rous views
Their due ſucceſs, their due reward, attain!
Warm'd with affection, as each pious tongue
Now ſpeaks thy charms of infant innocence,
So when matur'd by age thy virtues ſhed
A brighter day, may we admire and bleſs,
With joy encreas'd, the far-ſurpaſſing charms,
The nobler beauties of thy ſpotleſs heart.
Form then, Fond Mother, form the tender plant:
Let pleaſing fable to his infant mind
Convey the gen'rous precept, till in time
Unfolded reaſon ſhall thy care proclaim:
Till rip'ning into worth, the ſwelling bud
Put forth the virtuous bloſſom; ſuch as now
In thee, great princeſs, and thy much-lov'd lord,
Exulting Britain hails! ſtill may it ſpring
Unſhaken by the ſtorms of adverſe fate,
Faction, or envy, or the pois'nous breath
Of adulation, fatal foe to kings!
Still grow ſuperior to each hoſtile blaſt;
Still bloom, and with its gladſome influence bleſs,
Tho' late, a happy and a peaceful reign!

The Honourable *Brownlow North*, B. A.
Second Son of the Right Honourable the Earl of *Guildford*,
Fellow-Commoner of Trinity College.

DURA ſatis bella, et perfuſos ſanguine campos,
Armaque, et inviſæ fera mœnera militiai,
Muſa gravi dudum cecinit Mavortia plectro:
Lætior Eois hodiè ſe attollere ſolem
Proſpiciet ſaxis, quo non formoſior alter
Purpureas late ſpargens per nubila flammas
Effulſit cœlo, et nocturnas diſpulit umbras.
Venit enim, tandemque ſacro ſe oſtendit Olympo
Expectata dies; arrectaſque impulit aures
Plaudentum nova vox, et ovantis murmura vulgi,
Oppidaque inſueto circum ferventia plauſu!
Tolle caput ſocias ſupra, Brittannia, gentes,
Gens dilecta Deo! Tibi enim, Tibi naſcitur ingens
Et ſolii decus, et ſceptri tutamen aviti;
Et magno imperio aſſurgit, non degener hæres.
Si dulces pueri mores, ſi gratia formæ,
Oraque, et in tenero majeſtas regia vultu,
Non vanum augurium magnique haud irrita præbent
Signa animi, ſimili revireſcet virga metallo,
Et patris accendet puerilia pectora virtus.
Nam neque degenerem duro in certamine pugnæ,
Cum latè immiſſis fervent nemora avia telis,
Flet catulum genuiſſe leo; micat æmula virtus
Sanguineis effuſa oculis; ruit ille per arma,
Perque canes ardens direptaque retia tendit.
Ergo ubi ſera dies et te matura ſenectus
Abſtulerint terris olim, patriiſque, GEORGI,
Reddiderint cœlis; ſtabit memor ille parentis
Egregii, fidoſque idem tutabitur Anglos,
Gallorumque minas et vim contundet Iberi.

Honorabilis *Thomas Lyttelton*,
Honoratiſſimi Domini Baronis *Lyttelton* Filius unicus,
ex Æde Chriſti.

GRATULATIO

AD INSIGNEM VIRUM GUILIELMUM KING, LL. D.

AULÆ BEATÆ MARIÆ VIRGINIS PRINCIPALEM.

FEſtivos inter plauſus et vota tuorum,
Tu, venerande ſenex, frænos immitte dolori;
Nec deſiderium tangat te ſemper acerbum,
Semper honoratum FANI, neu luctus iniquus
Tam cari capitis te funere mergat eodem.
Hoc tuus ipſe, reor, multum voluiſſet, amicus
Patronuſque idem; nam cum jam regius infans
Editus in lucem patriam exhilaraſſet ovantem,
Perpetuam et ſceptri ſpem confirmaſſet aviti,
Audiit ille tuus, nigro ſub limine mortis,
Rumorem lætus; dextramque ad ſidera tendens,
"Haud inviti, inquit, ſuperas jam linquimus oras,
"Te naſcente, puer; ſat nobis viximus; hæres
"Angliaci ſceptri firmabis jura Britannis:
"Auſpice te, patrias Libertas proteget arces."
Quare age, et infenſâ jamjam obrepente ſenectâ,
Dum licet, indulge genio; reminiſcere quantum
Numinibus debent Britones, reminiſcere quantum
Ipſe ſimul debes; cui, poſt diſcrimina mille
Luctantis patriæ, nil non venale videntis,
(Dum victrix, fruſtra victrix, Provincia flevit)
Auſpiciis tandem dederunt melioribus uti,
Detectiſque dolis, retro omnia lapſa referri.
Fortunate ſenex! tibi conſpexiſſe benigni
Donarunt ſuperi, quem Wallia jactet alumnum,
Indigenam jactet quem læta Britannia regem.
Ecce tuis tandem dignata eſt alma vocari
Libertas precibus; — Rediit — redienſque, Britannis
Nil non auguſtum, nil non optabile præbet.
En! ut centenâ ſplendet victoria lauru,
Et proavis ignota, ataviſque! En, præmia dignis

Jam

Jam conceſſa iterum; curſu dum vota Britannûm
Liberiore fluunt; et tandem Muſa Patronum
Nacta incorruptum, laudatque notatque; coactos
Dedignata modos, et fictæ munera laudis.
Ante omnes dilecta tibi Rhedycina beatum
Augurium captat, mores celebratque paternos,
Regales mirans thalamos, matrona pudica,
Exemplumque ſuæ proponit amabile genti.
Ut juvat inſignes iterumque iterumque triumphos
Præſentire animo, quos olim magna reportet
Progenies, GEORGÎ dum fido pectore ſervat
Auguſti præcepta! — At me ſpinoſa morantur,
Sed jucunda ſimul, juris documenta Britanni,
Deflectuntque alio: nam quis ſalebroſa locorum
Reſpuat, atque Illo * comes ire docente recuſet,
Cui muſa, eloquii grato moderamine, legum
Enodare dedit laqueos, et pandere juſſit
Perplexos aditus, et cæca retexere fila?
Ille diu Oxoniam, tali quæ gaudet alumno,
Te ſocio, exornet; dum veſtrûm oſtendet uterque
Exemplo monitiſque ſimul, quàm dulce decenſque
Principibus placuiſſe, et propria jura tueri.

* Guil. Blackſtone, LL. D. Profeſſ. Vinerian.

Honorabilis *Thomas Fitzmaurice*,
Frater Honoratiſſimi Comitis de *Shelburne*,
ex Aulâ Beatæ Mariæ Virginis.

GRATULATIO.

To the KING.

FROM theſe calm bowers, and far-ſequeſter'd cells,
Where meek-eyed Contemplation ever dwells,
By duty call'd, and faithful to her king,
The willing muſe awakes the warbling ſtring:
Her lyre attemp'ring to the public voice,
She knows with that to grieve or to rejoice;
Now learns in plaintive melody to mourn,
And deck with pious flowers a ſovereign's urn;
Now in love's cauſe attunes the tender lay,
And hails the ſplendor of a bridal day:
Then fir'd by zeal, or by affection led
To bleſs the influence of the genial bed;
She crowns the offſpring of its pureſt flame,
And bids him riſe to virtue and to fame.

'Tis hers, great monarch, to adorn your brow,
And on true goodneſs all her wreaths beſtow;
The well-weigh'd counſels of your reign relate,
And ſnatch your actions from the jaws of fate;
To gather laurels from the field of war,
And catch the fire from glory's flaming car;
Or when Mars' trump its iron roar ſhall ceaſe,
To bind your forehead with the branch of peace.
She too, what time you quit the ſound of ſtrife
To taſte the pleaſures of domeſtic life,
Awaits to ſhed her ever-blooming bays,
And ſtrew your ſilent walk with palms of praiſe.
Nor deem it raſh, if ſhe your paths invade,
And trace your virtues to the diſtant ſhade;
Behold you there retiring from the croud
T' enſhrine your radiance in a ſhadowing cloud,
And for a while appear more mildly bright,
Shewn in a huſband's or a father's light;
Shewn in ſoft colours of each melting ſenſe,
The glowing look of love and innocence,

Th' im-

Th' impaſſion'd ſmile, the rapture-beaming eye,
And the true tear that ſtarts inſenſibly.
Thence caught, ſome influence of each tender ſcene
Shall temper all the glories of your reign;
And mingling with your frame, refine your ſoul,
Your paſſions calm, and harmonize the whole.
  But lo, what pleaſing toils your hours engage
To form a prince, and lead him up to age!
Aw'd by your precepts, by your fame inſpir'd,
And by example's living luſtre fir'd,
Shall young Iulus your known footſteps trace,
And add freſh glory to his royal race:
Be you his guide; from vice protect his fame,
And ſnatch him, trembling, from the waſteful flame;
Or may it harmleſs round his temples play,
And on his crown but caſt a brighter ray!
Thence copied, all the virtues of your line
Shall with new beauty and new ſplendor ſhine;
While from a mirror the well-nurtur'd youth
Reflects each leſſon of infuſed truth,
And ſhews that maxim rightly underſtood,
That to be great he need but to be good.
  Thus when a father's ſoul has ſhone confeſt,
And nature's fires have wak'd your inmoſt breaſt;
One care remains, nor you deſpiſe the muſe,
Nor the ſweet tuneful ſong of truth refuſe:
Should Britain call, collect each ſpark of love,
And to your country the whole flame remove;
For this be huſband, father, all things dear,
That virtue ſpread may fill a larger ſphere;
And you their common parent all will own,
While every Briton is your well-lov'd ſon.

The Honourable *Ambroſe Saint John*,
Brother of the Right Honourable Lord *Saint John* Baron of *Bletſoe*,
of Braſenoſe College.

GRATULATIO

SAlve! Connubialis Amor! Lex myſtica! De te,
Perpetuo ceu fonte, domeſtica pignora manant,
Natique fratreſque, et nexûs cura paterni,
Vinc'la, niſi extremo non diſſoluenda ſepulchro.
Tu primas formaſti urbes; hominumque, jubente
Te, liquit primùm conſortia fæda libido,
Inque cava effugit nemora, et vaga luſtra ferarum.
Nec vero tantùm congeſtum ceſpite culmen
Te juvat, aut faciles tecto ſub paupere ſomni,
Infidas exoſam urbes, dubioſque Hymenæos:
Cæſaris auſpiciis tandem licet atria regum
Purpureâ accedas pallâ, tedâque jugali.
O verè intemerata fides! et pectore in uno
Ominibus conjuncta bonis, fauſtiſque Hymenæis!
Ergo deficiet depreſſa licentia paſſim,
Exemploque GEÖRGÎ, imitabitur æmula pubes
Innocuos mores, et vitam labe carentem,
Conjugiumque petet, culpâque vacabit ab omni.
Ergo etiam ſimili gaudebunt prole parentes,
Nec violata domus læſos plorabit honores,
Degeneremque torum, et ſuppoſtos queſta nepotes.
Tuque adeo votis jam nunc, puer, addite noſtris,
Quid non præclari patrio ſub nomine debes?
GEORGIUS alter eris: teneros ille imbuet annos,
Conſilioque animum firmabit magna moventem:
Qualis et ipſe olim FRED'RICUS (amabile nomen!)
Surgenti nato laudis præcepta futuræ
Indidit; ingeniumque ſuis velocius annis
Miratus, non fœmineâ molleſcere turbâ,
Nec tamen in Martis paſſus ruere arma furentem,
Pacis amans. — Sed enim quæ Principe digna Britanno,
Quidve ſequens famæ conſcendere in ardua poſſet,
Hoc omne edocuit, juſſitque oſtendere natis.
Virtutis, patriæque parens, ſic ſuevit habenas
GEORGIUS imperii manibus moderarier æquis;

Deliciæ Britonum, metuenduſque hoſtibus hoſtis.
Talem te ſeri videant dare jura nepotes,
Edoctum regnandi artes; animiſque paternis,
Quantùm armis, tantùm clarâ pietate potentem.

Honorabilis *Joannes Hanger*,
Honoratiſſimi Domini Baronis de *Coleraine*,
Filius natu maximus,
Coll. Regin. Sup. Ord. Commenſ.

Ad REGEM.

O Magne princeps, ô ſalus Britanniæ,
Sub quo reluxit inquinatæ patriæ
Avita virtus; cujus auſpiciis dare
Iterum ſubactis jura novit hoſtibus,
Pacemque vidit poſtulare ſupplices!
Fas ſit Camœnæ, quæ tuam ſemper colit
Honeſta famam, fas inani carmine
Memorare quæ tacere neſcit gaudia,
Perpetua ſpondet quæ Britannis gaudia,
Sublimiore digna verſu gaudia.
Vidit Camœna, læta vidit Angliam.
Minas ſuperbas hoſtium contundere,
Oriſque ferre ab omnibus victoriam
Turpis repulſæ neſciam; circumflua
Dumque illa victrix regnat inter æquora,
Miniſtra belli, et, tuta vaſtis claſſibus,
Vindicia torquet hinc et inde fulmina,
Pacis ſereniora ſentit otia.
Vidit Camœna, læta vidit Angliæ
Orbis remotas per plagas patentia
Florere plenis carbaſis commercia,
Sub te patrono: quin et occultum caput

Subitò e tenebris vidit Artes tollere;
Ignota quin et regibus Scientia
Tibi, magne princeps, pandit abſtruſos ſinus,
Certos penates ſub tuis palatiis
Poſuiſſe læta; — vidit — at tantam procul
Procul intuetur, magne princeps, gloriam.
Sed ſurget olim, ſurget Angligenum decus,
Dignè celebret qui perenni carmine,
Qui te patronum literarum et artium,
Qui te miniſtrum pacis et belli canat.
Imbelliores interim valeant modi
Meæ Camœnæ! floreas diu decus,
Tutela, Britonum! floreas Scientiæ
Pater, patronus, indies major tuæ,
Novæque cingant laureæ ſacrum caput.
Seroque cum nativa repetes ſidera,
Famæque honeſtæ plenus et vitæ ſatur,
Difficile ſceptri pondus olim filio
Trades gerendum; gloriâ pollens pari,
Paribuſque ſplendidè micans virtutibus,
Pariter ſaluti conſulat Britanniæ,
Pariter ſuperbas hoſtium tundat minas,
Pariterque amatam nutriat ſcientiam,
Patre digna proles! Abſit at triſtis dies,
Dies Britannis luctuoſa, ſed tibi
Minus hinc ſevera fiet, et minus tuis.

Honorabilis *Guilielmus Hanger*,
Honoratiſſimi Domini Baronis de *Coleraine*,
Filius natu ſecundus,
Coll. Regin. Sup. Ord. Commenſ.

PURE are the joys which ſpeed thy ſmiling hours,
Blythe nuptial god, nor impotent ſuch balm
To medicine the ills of man: for ſtill
In thy chaſte bow'r from unexhauſted ſource
Love breaths ſecure delight, and wafts uncloy'd
The fond effuſion of congenial ſouls:
Tranſport ineffable, and beſt alloy
To temper virtue's rigid lore; which elſe,
In rude array of native worth might chill
Youth's genial hopes, and back with ſlack recoil
Appall her ſhrinking nerves. — But oh! what ſkill
Of ſubtleſt thought may tell th' exulting joys
Of that bleſt morn, when with triumphant arm
The grateful father rears to heav'n's high pow'r
His infant image; and adoring loud
Th' eternal Maker's all-creating hand,
Boaſts a man child is born! Then a bland train
Of thouſand cares with mild ſollicitude
Wake his parental love. How beſt t' improve
The kindly ſhoot of nature's active vigour,
And train her fair luxuriance: how t' unveil
The vivid emanation of heav'n's fire
Breath'd in the infant mould, and purge its beam
From baſe alloy, and film of mortal coil.
For not in vain doth ſage philoſophy
Chaſtiſe with ſober diſcipline the rage
Of headlong appetite; nor vainly call
Youth's wand'ring eye from pride's o'er-weening pomp,
And gariſh boaſt of happineſs: full oft
Illuſion apt to win on goodlieſt ſpirits,
Ee'r ſun-clad wiſdom on their darkling viſion
Pours her effulgence, with her peerleſs blaze

Baffling ſuch glitter. She, juſt arbitreſs!
Weighs in her golden ballances the hopes
Of ſanguine inexperience; and diſcreet,
Sifts with ſure ſkill true good from ſeeming fair:
There fixing her mature deſires, where joy
And home-felt bliſs approve the juſt reſolves
Of conſcious virtue: where unblemiſh'd fame,
And pure fruition without ſurfeit reigns.
Nor other care, great GEORGE, with weightier charge
Sits on thy boſom, when thy kingly hand
Now checks the rein of victory's ſcythed car,
And ratifies to England's riſing hope
Th' inheritance of many a wide domain,
Thy trophies. — Nobler empire ſhalt thou build
On virtue's baſe in his young breaſt; and teach
By fair example to his rip'ning years,
How vain the plume of conqueſt, or the pride
Of ſcepter'd rule, or pleaſure's charmed lure,
To lull th' immortal longings of the ſoul
Which virtue lifts to heav'n. So ſhall he win
The meed of innocence; and haply bind,
In the bright realms of incenſe-breathing bliſs,
The ſtarry trophy round his patient brow.

Sir *John Ruſſell* Baronet, B. A.
Student of Chriſt Church.

SAlve Georgi! — rite muneribus ſuis
Te Muſa donat, ſive victor audias
Seu tu pater libentius, Britanniæ
Dum quicquid uſquam acceſſit amplitudinis,
Et prole nunc et pace ſancias ſimul.
Quanquam fidelis nata Mnemoſynes ſuum
Victoribus Camœna ſanciat decus,
Tamen ipſa, ſævi Martis a tumultibus
Secreta ſylvas propter et rivos aquæ,
Pacem ſuis amiciorem ſedibus
Magis volenti concinit præconio.
O mater artium, ingenî pulcherrima
Nutrix, latentes quæ ſilenter elicis
Quoſcunque fructus alma parturit Quies,
Quæ muſa tibi non gratuletur advenæ?
O Pax, ſereno tu ferens vultu diem,
Ridere lætas cuncta per terras jubes
Ubicunque fauſtum dia diffundis jubar.
At gloriam ſi bella dant, ſi latius
Diffuſa populos jura per victos ferunt,
Non gloriæ, non imperî fructus, niſi
Tuâ manu, Pax alma, conditi juvant.
Te, diva, quicquid aſperum, quicquid ferum,
Inhoſpitale quicquid uſquam, amabiles
Quacunque greſſus dirigis, pulſum fugit.
O magna proles, ô Britanniæ tuæ
Donate princeps! diſce quo ſub omine
Naſcaris, area quanta ſe pandat tibi.
Attingit aures primus en teneras ſonus
Quem victo ab hoſte fundit exultatio!
Sat armâ jam dedere; jam victoria
Tropæa confirmavit, auctior ultimâ
Ut gratuletur voce naſcenti tibi:
Paratque, poſito Martis enſe, munia
Quietiora, digna nec tamen minus.

GRATULATIO

En! ut Scientiarum et Artium chorus,
Amica Pax quos candido fovet ſinu,
Te mox patronum, mox patrem, ſpondent ſibi.
Norunt ſub auſpice quo, quibus penetralibus
Nutritus, olim mente perſpicies tuâ
Et intus hauries, ſcientiæ tegant
Sublime ſiquid, ſiquid artes elegans.
Nam fidus ipſe dux puertiæ, tibi
Dubios ſtudebit anxius greſſus pater
Firmare, lubricum uſque prætentans iter;
Capitique texet ſerta virtutum, virent
Ubicunque, flores ſedulâ carpens manu.

Jacobus Macdonald Baronettus,
ex Ædе Chriſti.

Ad REGEM.

ANgligenum valuere preces; votiſque ſupremam
Impoſuit deus ipſe manum! Britonum ipſe triumphis
Optatam ſtatuit metam pater; utque reverti
Neſciat, occluſoſque habeat fortuna regreſſus,
Gaudia ſancivit partu cumulata recenti.
Hujus in adventu, medii trans æquoris undas,
Aggere murorum ac triplici munimine ſeptus,
Intremuit, cæcoque labantia corda pavore
Obſtupuit perculſus Iber; quin, "Pandite portas,
"Pandite (ait,) cinctaſque arces reſerate; quid ultrà
"Tendimus? Ipſe ſuis animos vireſque ſecundas
"Sufficit Angligenis hominum pater; ipſe faventis
"Signa manûs, jam nunc, manifeſtâ in luce retexit."
Parte aliâ (neque enim deus imperfecta Britannis
Gaudia, cum talem genti conceſſit alumnum;)
Gallicus e ſpoliis prædo brevibuſque tropæis
Pulſus abit, furto paulùm lætatus inani;

Surreptoſ-

Surreptoſque palam reddit nudatus honores.
At tibi, magne parens, feſto dum compita plauſu
Effractas reſonant acies exciſaque valla,
En erit, ut liceat tanto immiſcere tumultu
Gaudia, quæ tangant animos ſincera parentis!
Scilicet hoſtili quoties e ſtrage recentem
Vidimus ire ducem, medii inter feſta triumphi,
Neſcio quid ſubtriſte ac lamentabile murmur
Plauſibus inſinuat ſeſe; importuna doloris
Vox ſonat, invitaſque allabens vulnerat aures.
Dulcior, et qualem nihil interpellet amari,
Attingat patrios animos, propiorque voluptas;
Quanta ſubeſt, vigili cùm mox ſpectabis ocello
Lucida divinæ puero rationis oriri
Tela procul, ſparſumque diem illuceſcere menti.
Suave adeo, et veteres annorum evolvere faſtos,
Magnorumque oculis regum veſtigia cautis
Clara ſequi; non quos ventoſo gloria curru
Per ſtratas miſerorum acies, populataque traxit
Oppida, fædatumque horrendis cladibus orbem:
Sed quibus innixæ cuſtodibus, aurea gentes,
Militiæque domique, bonas coluere per artes
Otia; qui lances æquato examine juſtas
Immotâ tenuere manu; qui dulcia Muſis
Hoſpitia, et ſacras poſuere vagantibus arces,
Unde ſuum peperere decus; qui pace dederunt
Ditia per latos regni commercia portus
Fervere; qui populi longùm vixere beati
Deliciæ, ſimileſque ſui finxere nepotes.
Hinc poteris vitæ ſenſim inſtillare futuræ
Prima rudimenta, atque animum ad virtutis honeſtos
Conformare habitus, patrioſque inducere mores.

David Gregory, S.T.P.
Ædis Chriſti Decanus.

GRATULATIO

UNDE (bellantûm tibi polliceri
Nemo quod regum potuit) repentè
Conditur ferrum? Britonas an ætas
Ferrea liquit?
Undè, nummorum facie recenti
(Hoſticas dum Mars ſpoliarit arces)
Albion gaudet? Redeuntne in aurum
Tempora priſcum?
Uſque te laudem celeberrimi, ſol,
Conſcium partûs! utinam cieret
Arbiter Muſas, Dryadas ut olim
Sicelidaſque
Mantuæ vates: minor heu! poeta
Nunc opus majus movet; ordo major
Naſcitur; Muſæ et grave munus inſtat
Oxonienſi.
Non in adverſas gerit uſque bellum
GEORGIUS victor ruiturus arces;
Nec novum ultorem proprio exoriri
Stemmate ſperat:
Cultor at pacis ſtudioſus, addit
Alterum pignus, genitor vocari
Lætus, et partûs eadem refulget
Pacis et hora.
Accola hunc ſolem celebret, bicornis
Flumen ad Rheni, Sequanæque potor;
Laudet et, quamvis modo raptam Iberus
Luget Havannam,
Luget et Calpen, propè, ſed remotam!
Auſtriæ et frendens Mulier per urbes
(Cui dedit regnum ſtabile Anglicanus
Enſis et aurum)
Labra compreſſa, et placidos ocellos,
His ferat cunis: ibi non videbit
Parvulis preſſos digitis minacis
Herculis angues;

Nuncium

UNIV. OXONIENSIS.

Nuncium pacis placidæ, en! olivam
Porrigit ridens puer: utriuſque
Georgii donum rapiat Thereſa,
Gallus, Iberus.

Theophilus Leigh, S.T.P.
Collegii Balliolenſis Magiſter.

Ad REGEM.

JAM, rex magne, iterum tua te Rhedycina ſalutat,
Patronoque ferunt gratæ ſua dona Camœnæ.
En, tibi, quem votis avidi præcepimus, hæres
Exoritur, ſtirpis generoſæ pulchra propago.
Salve fauſta domus: vivant feliciter ambo,
Conjuge vir dignus, conjux quoque digna marito.
Salve tu puer, Angliacæ ſpes altera gentis:
Moribus et vultu referas utrumque parentem.
Te naſcente dies video procedere lætos;
Lætitiâ Angligenæ voces ad ſidera jactant:
Collucent ignes, reſonant modulamine turres,
Reſponſant colles, ripæ clamore reſultant.
Iſis jam ſonat ipſa, ſonat tibi carmina Camus:
Suaviaque Aoniæ nectunt tibi ſerta ſorores.
Naſcentem viridi redimit Victoria lauro,
Et pax alma ſuâ cunas præcingit olivâ.
Aſpera compoſitis miteſcunt ſecula bellis;
In falcem innocuam rigidus curvabitur enſis;
Agreſtique minax mutatur vomere cuſpis.
Lubrica nec vanas meditatur Gallia fraudes:
Nec duro infelix teritur Germania bello.
Tutus nauta vehit pacata per æquora merces:

Et pleno terras opulentat Copia cornu.
Et jam victor utriſque reverſus miles ab Indis
Præliaque et pugnas, ſævi et diſcrimina martis,
Ruſticus agricolas inter narrabit hiantes.
Alter palantes memorat per cærula Gallos;
Et trepidas miſero concluſas amne carinas:
Alter Mindenſis recitat miracula pugnæ;
Partoſque indomitâ Britonum virtute triumphos.
Montem Regalem canit hic ſine cæde receptum;
Quebeccamque ducis pretioſo ſanguine partam:
Regna ille oſtendit Gallo direpta fugaci;
Et dubio Havannam tandem certamine captam.
Fortia facta virûm arrectâ bibit aure juventus:
Et patria Angligenûm gliſcit ſub pectore virtus.
Regis ad exemplum lætus componitur orbis:
Et Pudor, et Virtus audet neglecta reverti:
Nec proceres thalami contemnunt jura paterni;
Nec prætextati maculantur crimine mores.
Exulat omne nefas: Furor impius ore cruento
Pulſus abit, ſciſſâque fugit Diſcordia pallâ.
Tu puer intereà, teneris formatus ab annis,
Et patris, et matris, præcepta, exempla, ſecutus,
Virtutis normam diſces, artemque regendi.
Cumque pater longos annorum expleverit orbes,
Seruſque in cœlum aſcendat, tu ſceptra capeſſes,
Feliceſque reges parili virtute Britannos,
Bello et pace potens idem, pietate, vel armis
Egregius, magnorum haud unquam indignus avorum.

Thomas Randolph, S.T.P.
C.C.C. Præſes.

UNIV. OXONIENSIS.

AD REGEM.

MAxime rex, tam plena Dei cui gaudia fudit
Larga manus, quem tam primævo in flore juventæ
Auguſtæ ſoboli fecit CAROLETTA parentem;
Annue, ſi noſtrâ liceat te voce morari,
Annue carminibus. — Quamvis jam patria cúra
Sollicitâ totam teneat dulcedine mentem,
Quamvis, attoniti faſtum domiturus Iberi,
Ingeminata novus moliris vulnera victor;
Sedula vota tamen, lætæ munuſcula Muſæ
Importuna, tuas labi patiare per aures.
Nam neque fas alio nobis potiore triumpho
Intendiſſe lyras: ſiqueis concordia demum
Civica, ſi Britonum virtus et gloria cordi,
Victriceſque acies, et ſpes naſcentis Iuli,
Fas ſit ovare tuis, plauſuque incendere cantus
His ſuper auſpiciis; ut non vehementior olim
Vox audita loqui, Cumææ virginis ulla
Valvis exierit; centum licèt intus ab antris
Effera veridico ſæviret Apolline vates.
Salve auguſte infans! totis Academia Salve!
Reddit ovans citharis; et ſpe præſaga ſuperbâ
Prima coronali cingit cunabula lauro.
Exoriare novum patriæ decus! incrementum
Indigenæ generis! ſanguis præclare Britannûm!
Exoriare! — Tuis, per ſecla noviſſima, magnis
Ominibus, ſeros inſtaurature triumphos!
Inclyte creſce puer! thalami ſpes prima paterni,
Primus amor! ſeniique voluptas ſera futuri!
Inclyte creſce puer! decus acceſſure ſuperbum
Oxonidûm faſtis, et poſtera gloria chartis!
Hanc alii rerum ſeriem venturaque fata
Evolvant, queis robur adhuc et junior ætas.
Hunc natum vidiſſe tamen, patriæque ſubortum
Sidus, promiſſæque nepotibus omina famæ
Jamdudum ſtabilita tuo ſub numine, GEORGI,
Vergentis mihi quod reſtat ſolabitur ævi.

Joannes Fanſhawe, S. T. P. SS. Theologiæ Profeſſor Regius,
Ædis Chriſti Canonicus.

GRATULATIO

MOraris ergo ſolis optatum jubar,
Britonumque plauſus lentus exultantium
Audis; nec alti te ſuper collis jugo
Adhuc ſuperbis vidimus vectum rotis.
Ingredere; cupidis da diem mortalibus:
Te, te Britannis fas ſit hodierno die
Vadis morantem provocare cærulis,
Ortumque feſtâ voce gratularier.
Nec te vel atros lætior fluctus ſuper,
Direpta laceris carbaſa antennis legens,
Vidit procellas diſſipare navita;
Dominive duro ſervus elapſus jugo;
Quàm vota fundens debita hæc artium domus.
Nam, te nitente, magnus ille GEORGIUS,
Benigniori ſidere his terris datus,
Tulit parentis nomen; hinc Britannia
Bene ominatis fræna laxat gaudiis;
Hinc et, canorus quæ refert Pindi chorus,
Nos grata regi dedimus munuſcula.
Ergo nec orâ rurſus in Britannicâ
Tumultuantis vox fremet Diſcordiæ;
Miſerûmve fruſtra civium effuſus cruor
Lauros et arma polluet victricia.
Dolebit acri Gallus invidiâ procul;
Domitæque tandem fracta vis Iberiæ
Poſuiſſe vanas diſcet impotens minas.
O magne fautor, ô ſalus Britanniæ,
Seu tu, ſubactos æquoris fluctus ſuper,
Procul arce ſummâ et rupe candenti ſedens,
Vides ſuperbas ire per ſalſum rates,
Præſenſve noſtras ducis in bellum manus;
Hunc, ô! beati ſi quid aut piæ preces
Populive virtus poſcit, hunc dignum ſui,
Suique nobis da patris ſimillimum!

Joannes Kelly, M. D.
Medicinæ Profeſſor Regius, ex Æde Chriſti.

קומו שרים ושאו זמרה
אל מלך רם מלך נורא:

הבו כבוד אל המלכה
כי נאוה היא מה רב ערכה:

הן היא כגפן פוריה
המליטה בן כעת חידה:

ישב האי על ציץ הלז
נתן קולו ומאד עלז:

תפארת ג׳ורג׳ בלתי חשבות
הן הוא שורר על כל לבות:

מאה שנים הן הוא יעצור
לונדון תשכיל תנדל מצור:

ובנו יקום אל קץ ימים
ישב תחתיו על כס תמים:

אנגלנד תירש עוז וברכה
לעד תכון הממלכה:

Thomas Hunt, S. T. P.
Ædis Chriſti Canonicus,
Ling. Hebr. Profeſſor Regius,
et Profeſſor Ling. Arab.

GRATULATIO

Τοις αγαθοις ουκ εστι γερας χαριτεσσιν αλλο
Η ὁταν ἡς αρετης ανταξιον ελλαβον αινον.
Τουνεκα σοι, μεγαθυμε Βρεταννων αρχαμε λαων,
Μουσα πλεκει στεφανους, συλλεξασ' ανθεα, καλυξις
Πιεριδων καποισιν ὁσα χθων εαρος ὡρη.
Και νυν αυτ' αλοχοιο φιλης επικωδεα φημην
Τερπεται ὑμνευσα, παρ' Ισιδος ἱερον ὑδωρ.
Ουδ' αρ' ακηδεστως τερπνης ευρεια Βρεταννις
Αγγελιης ηκουσεν, ὁτε τριλλιστον εδωκεν
Αιδοιῳ βασιληι θεος γονον, αλλα δεδηεν
Ειλαπινη, θαλιαι τε, κατ' εθνεα πειρατα γαιης.
Σοι δε, πατερ, ποιῳ γανεϊ φρενες ενδον ιανθεν
Πρωτις' εισορωντι νεον θαλος, ὑνικα μητης
Κειμενη εν λεχεϊ, μετα πικρων αλγεα πολλα
Ωδινων, νυν αυτε λελασμενη ὁασ' επεπονθει,
Ασπασιον στηθος ωσιν, διερθις οφθαλμοις,
Παιδ' ἀπαλον μετα χερσιν εχοντα, συδ' αλλοτε ωδε,
Αλλοτε δ' αυ κεδνης επι μητερος ωπα ιδεσκες.
Ω θεοι μθν μακαρες, ω αγαθα κεκτημθνε παντα
Ἁ δειλοις ποτε μοιρα θεος δωκ' ανθρωποισιν·
Ου τοσσην τοι εὐφροσυνην παντ' αλλα παρεξει,
Ου σθενος ἀρρηκτον σθαπιων, νικαι τ' επι πασων
Ηπειρων, ἁις ηελιος επικυδναται αυγη,
Ου τοιω ὁπ λαῳ ανασσεις, ὁς φρεσιν εσθλαις
Ηνορεη τ' εκεκασο κατ' ανδρων μυρια φυλα,
Ουδ' αυτος κλεος ευρυ, και ολβος απειρετος, ὁσσην
Παις ὁδε νηπιαχος, μικρω ὁτε χειρε πεταασας
Πατρος ἐκ γουνων ἁψαιτο, φιλημματα ζητων.
Χαιρε πατερ, παντων δ' ἑνεκα τερποιο, μαλιστα
Τοδε βρεφος γλυκερος· ὁ δ' ὁμοιος ἑοισι τοκευσι
Παντα γνοιτ', αρετη τε πατρωιον ευχος αεξοι.

Samuel Dickens, S.T.P. Linguæ Græcæ Profeſſor Regius,
ex Æde Chriſti.

UNIV. OXONIENSIS.

HAIL to the ſacred day, that gives an heir
To Britain's throne, and opes th' extended view
Of glories yet remote! th' auſpicious day,
Now crown'd with recent honours, nor before
To Britons unendear'd, that ſaw matur'd
In full event great Naſſau's glorious plan;
Religion, Freedom, on the ſolid baſe
Of law erected; and th' important charge
Conſign'd to Brunſwic's choſen race; a line
Of patriot kings, ordain'd to guard ſecure
The rich depoſit, and to lateſt times
Inviolate the bleſſing to convey.

Thrice happy Britain! by th' encircling ſeas
Divided from the world; in arts, in arms
Preeminent: but far above the reſt
In the high privilege of legal ſway
Diſtinguiſh'd: where the civil pow'rs triform,
Of various aim, in union meet combin'd,
Each tempering each in juſt degree, hold on
Their ſteady courſe, and tend to one fixt point,
The general good. As in this mundane frame,
Adjuſted by th' all-wiſe Arch-builder's hand,
Aut caſtæ petiere preces, virtutibus ornet
Illuſtri dignum genere, imperioque futuro.
Interea teneros præſens tutarier annos
Difficiles rerum fluctus, atque horrida tentet
Arma Pater, repetatque ſecundo marte triumphos.
Ille, ætas ſimul ac patitur matura, docebit,
Monſtrabitque vias, quibus invida Gallia, et acres
Incaſſum cecidere minæ, quibus utraque ceſſit
India, perjuruſque ultorem agnovit Iberus.
Et dum tanta ſtupes belli miracula, ſenſim
Concipies tenero ingenuam ſub pectore flammam,
Diſces magna ſequi, patrioſque imitaberis auſus.

Abel Moyſey,
Ædis Chriſti Alumnus.

INFANS, deliciæ et decus tuorum,
Sed nec ſpes populi minor Britanni,
Dum cunis Rhedycina te jacentem
Viſura, in gremio nurûs reclinem
Expleri nequiit diu tuendo,
Aiunt innocuo ſubinde riſu
Et gentem exhilarâſſe te togatam,
Jucundoque tuos notâſſe vultu,
Et tali voluiſſe (ſed loquendi
Deerat copia) voce tum morari:
"Salvete auſpicio, viri, beato
"Noſtris ſub penetralibus recepti,
"Amanteſque meî, mihique amati:
"Muſarum ad placidas domos reverſi
"Regi hæc juſſa renunciate veſtro: —
"Non hæc gratia funditus peribit
"Quam tu, Phœbe, novemque quam ſorores
"De nobis meruiſtis, et meretis:
"Et me, numina, habebitis patronum.
Hos, dilecte Puer, ſonos per annos
Proferre haud licuit tibi volenti,
Sed mox, ſi bonus auguror, licebit.
At donec dederit deus benignus
Et ſentire tibi, ſimulque fari
Quicquid ſenſeris, O Puelle dulcis,
Sis matri interea patrique felix
Curarum medicina: dum viciſſim
Te verſant hilares et oſculantur,
Te laudant, cupiunt, fovent parentes,
Infans, deliciæ et decus tuorum!

Guil. Jones,
Coll. Magd. Sup. Ord. Com.

GRATULATIO

NO more let Britain's ſons repining praiſe
Th' unſullied luſtre of her former days;
No more delight to tell, in boaſtful ſtrain,
Of Edward's, Henry's, or Eliza's reign:
But wiſely learn ſuperior bliſs to taſte,
And to the preſent glories yield the paſt. —
Whilſt here the godlike king, (his youthful mind
By wiſdom's delegated train refin'd)
Exalted ſits, to merit Albion's love,
Her arms advance, her laurel'd arts improve,
Behold at length domeſtic tumults ceaſe,
At length rebellious faction huſh'd to peace; —
Bleſt, early bleſt with royal offspring giv'n
To him and CHARLOTTE, fav'rite Pair of heav'n!
From thee, O king, our patriot chiefs preſage
The bright example of the future age,
Whoſe ſon, when youth freſh-blooming ſhall diſplay
His opening virtues to the face of day,
Shall, taught by thee, thro' life's perplexing road
Trace the ſame ſteps his fam'd forefathers trod,
Purſue the plan which dignifies a throne,
And with thy riper glories mix his own.
From thee Britannia hopes with raviſh'd eyes
To ſee once more her race of heroes riſe,
To ſee thy ſons o'er freeborn men preſide,
Protect their navies, and their ſenates guide;
Curb the vain inſults of deſpotic pow'r,
And bid their vanquiſh'd foes rebell no more.
Lo! ſuch the princes, that with conſcious claim
Share the rich honours of immortal fame;
While India's painted chiefs with joy behold
That peace reſtor'd which form'd their age of gold;
And, where the fruitful groves of Chili bend,
Where Orellana's cataracts deſcend,
Chaunt in blythe ſongs their antient rights maintain'd,
The bliſsful years when GEORGE and CHARLOTTE reign'd.

J. Wilcocks, Portioniſt of Mert. Coll.

Στροφη.

ΚΑΛΑ μεν εν ναπαισιν Ιδαλιαις
Ουρεσινομπκης Αιγειρος
Κραΐ' αειζαλον επαιρει·
Αμφι δε ἁ ῥοδοδακτυλος Αμπελος
Βαλλε πολυπλανεις ωλενας,
Χειμεριων ανεμων τε
Εχθιστον μενος ἐρκει.
Καλος τ' εν βασιλευσιν, ανακτωρ
Βρεταινων, βλαστημα διοτρεφες,
Τηλεθαει Νικης εν αωτῳ,
Και Δοξας νεοθηλεος ακμᾷ·
Ἁ δ' επηρατοισι Χαριτεσσιν
Ιμερθεν θαλλουσα Νυμφα
Ατης ταν καταπαυει αελλαν,
Θυμοτροφαν τε καταιγιδα λυπας.
Ω γαμοι πολυολβοι,
Οιον οἰη συνεδησεν Υμην.

Αντιστροφη.

Επει δε φοινικανθεμου Εαρος
Ομμα δεδυκε χρυσαυγη,
Και ποδι λυγρῳ αμειβει
Χειμα δι' αιθερ' αφιλον, αναλιον,
Μαρναμενων αελλαν ὑπο
Δασκιον κατα δενδρον
Αιγιδεν πολυ ιασει.
Ἁ δε καλλιπαρηος ακοιτις
Θανατῳ συλλεκτος εναιρεται.

GRATULATIO

Εισειν' τ' ὡς εφυγεν
Της ζωης πολυπραγυ ακτις,
Α μελαγχεθης Λαχεσις μολπᾳ
Δυσκελαδ' ἀν ἠρωα κλαυσει·
Χὠ μεν νηλεοποιν' Αϊδης
Δρεψει μελισταγες Ιμερυ ανθος.
Φευδ' οιος Αεν',
Οιν' εσαι Χαριτων ἀωτος.

Επωδη.

Αλλ' ὁ μεν Ελπις ἀδυεπεια
Βεβακε φευδος· αλλα παλαιγενυς
Ριζας απο βλαστησει γεν' ὁμοθρονον
Πατρωιᾳ θαλλον αδροσυνᾳ
Ματρωιῳ τε φαει.
Ουδε γ' ἠρω' καρα φιλομαχον,
Ου Νυμφας φεγγος ευνισει
Λαθας μελαμβαθυς οικος.
Σε δε, παις οβριμοπατρε, Προνοια
Ορᾳ τηλεσκοπῳ ομματι
Εχθος μεγα Βρεταννων,
Πατρωιων τε θρονων κυδος·
Ορᾳ τ' Ηβης ἀωτον,
Ορᾳ καρπον οπωρας,
Ορᾳ τ' εν απογονοισιν
Τυς πατερας πανολβιους.

Guil. Scott,
C. C. C. Discip.

MAgnanimi Heroes, quos in diſcrimina lethi
Urget amor patriæ, virtutiſque inclytus ardor,
Vos, quibus occiduo molitis littore fulmen
Primitias fert diva ſuæ Victoria laurûs,
Dicite vos (meminiſtis enim) quæ, morte ſub ipſâ,
Saucius, aſpiciens ſtragemque fugamque ſuorum,
Effudit Ductor, nequicquam fortis, Iberûm. —
" Arma inimica valent; noſtris ruit invida fatis,
" Cuncta domans, Genii vis imperioſa Britanni.
" Proſtratas agnoſco arces, agnoſco fragorem
" Victoris; ſed non fugientem hæc terra Velaſcum
" Conſpiciet; dum te, Vexillum, imbellibus ulnis
" Amplector, prorumpet hianti e vulnere vita.
" Sic juvat occubuiſſe. Tuam ſed defleo ſortem,
" O Patria infelix, quæ primo in limine belli
" Laberis, atque ictu ſuccumbis ſimplice victa.
" Quæ tibimet ſperanda ſalus? Habet hoſtis opimos
" Theſauros; fruſtra gemit arcto navita portu
" Incluſus; fractis periiſti, Hiſpania, nervis.
" O patria infelix, ſi verba preceſque Velaſci
" Semianimis valeant, pacem pete; porrige dextram
" Suppliciter: noli tactu ſtimulare leonem,
" Quem vindicta rapit, ſocio licet agmine lactet
" Gallia feſſa malis, et ſpe producat inani.
" Pacem ora; auſpiciis GEORGÎ concede ſecundis.
" Verum etiam (quid mens, nimis heu! præſaga, minaci
" Sollicitas ſpecie miſerum?) nunc GEORGIUS alter,
" Altera ſpes Britonum, Hiſpanorumque altera peſtis,
" Naſcitur: exultans centena per oppida plaudit
" Albion; audivit repetitum conſcia murmur,
" Atque imo trepidat Peruvia concita fundo.
" Qualis erit, quales noſtrâ de gente triumphos
" Inclyta progenies referet, cum regius annis
" Venturis genitor confinget ad ardua regni,
" Ingenitum accendens dicto, exemploque, vigorem!

GRATULATIO

" Qualis erit, cui naſcentis ſunt omina famæ,
" Fortunæque, et opes, et captæ nomen Havannæ!"
Dixerat: aſt illi ſolvuntur membra. — Britanni
Fatidicam accipiunt læto clamore loquelam.

Ricardus Lovell Edgeworth C. C. C. Sup. Ord. Commenſ.

FOntium nymphæ, nemorumque divæ,
Flectite huc greſſum, properate Muſæ,
Quærite O! ſpretis Heliconis undis
Iſidis umbras.
Æmula huc pubes citharas feratis,
GEORGII nomen celebrate læti,
GEORGII nomen recinat jocoſa
Montis imago.
Jam redit Virgo, redeunt vetuſti
Regna Saturni, Pietas Pudorque,
Et Fides ultro Britonas reviſet,
Te duce, Cæſar.
Jam mari terrâque manus potentes
Gallus, Hiſpanuſque timet ſuperbus;
Arma jam ponunt pavidi, et Britannûm
Fœdera poſcunt.
Cara Tu pergas ſoboles deorum,
Quo vocat virtus, patriæque ſplendor,
Fidus exemplum proavi et parentis
Grande ſequaris.
En! tibi lauros ſtudioſa laudis
Apparat Pallas, citharâ et volentes
Suſcitat Muſas, recinant GEORGÎ ut
Nomen, Apollo.
Magna ſtirps, ſalve; Jove nam favente,
Dum ſuas Iſis vaga volvit undas,
Rite cantabit Rhedycina GEORGÎ
Nomen amatum.

Carolus Jeſſe, Coll. Trin.

MUnera jam, matres, Junoni ferte Britannæ,
Purpureo lætum cingite flore caput.
Charus adeſt partus — Magnum patris incrementum —
Angliacæ tandem gloriæ gentis adeſt.
Accipit exultans ridentem regia mater,
Ceu natum in gremio Cypria diva fovet.
Quales, alme puer, nectent tibi fata coronas!
Quanta manu invictâ ſceptra futura geres!
Serviet imperiis Indi ditiſſima terra,
Gemmarum et varias prodiga fundet opes.
Accola te Canadæ regem venerabitur unum,
Teque per arentes torridus Afer agros.
Prædas avulſas diverſo ex hoſte videbis,
Armaque terrarum marte ſubacta tuo.
At non Iſis amat rorantes ſanguine lauros,
Turbida non illam cædis imago juvat.
Incumbat, puer alme, tuis pax aurea cunis,
Explicet et frondes dulcis oliva tibi.
Aſpera jam tandem diſcant miteſcere ſecla,
Vultuque eniteat candidiore Fides.
Te tenebras naſcente petat Diſcordia fædas,
Impius et pereat, te veniente, Furor.
Quin aderunt Charites, et pleno Copia cornu;
Et radio ſurget ſplendidiore dies.
Auras mulcebunt ſuavi modulamine Muſæ,
Plenius auratam ſtringet Apollo lyram.
Sic Boreæ terras, longâ caligine merſas,
Vultu cum rediens ſol propiore fovet,
Molles aſpirant zephyri, fugit aſpera bruma,
Floribus et variis luxuriatur humus.
Quæque viret paſſim ramis frondentibus arbos,
Ridet et inſolito lumine ruris honor.

Joannes Petvin,
Coll. Wad. Schol.

GRATULATIO

To the KING.

WHILE ſhouts of Britons thro' thy echoing dome
Proclaim the treaſure brought in triumph home;
While the proud foe on Cuba's diſtant ſhore
Submiſſive hears thy conquering canon roar;
To Thee, lov'd Sovereign! by indulgent heaven
A nobler, dearer boon, a ſon is given;
The riſing Phoſphor, whoſe auſpicious ray
With new effulgence gilds the glorious day.
How loud, how ſweet thy faithful people's voice!
They ſhare the bleſſing, and with Thee rejoice.
What bliſs ere-long thy boſom ſhall expand,
To ſee the future Guardian of the land,
Form'd by thy rules, and led by love, not fear,
The generous plan of Britiſh laws revere!
Studious to copy Thee, he ne'er ſhall ſtray
In treacherous paths, that lead to lawleſs ſway;
Nor indolently waſte his vacant hours
In careleſs eaſe, or pleaſure's Paphian bow'rs:
But, fond to ſhine the father of the ſtate,
Virtuous and wiſe, in legal grandeur great,
His ſteps to honour's rougher road ſhall turn,
And with a ſubject's love of freedom burn.
Heir to thy worth, Britannia's favourite born,
Him ſhall true glory's brighteſt beams adorn.
Peace he ſhall love, and juſtice; yet prepare
His youthful vigour for the toils of war;
The feuds of angry monarchs to compoſe;
In every clime to quell Britannia's foes;
And by ſuperiour naval force mantain
His country's ancient empire o'er the main.
Ev'n now I ſee him call each virtue forth,
Fir'd by examples of domeſtic worth;
Admire the bold Plantagenets, and trace
The valorous worthies of his Vandal race;

Delighted

Delighted dwell on pious Alfred's claim
To high diſtinction in the liſts of fame;
On Edward's deeds in Creſſy's glorious field;
On Her's, who taught Iberia's pride to yield;
And William's merit, to whoſe glorious reign
We owe bleſt freedom from the papal chain,
The glories which around Britannia ſhine,
Our legal bleſſings, and the Brunſwick line.

Silas Bradbury,
Comm. of Wadh. Coll.

SI qua fides ſomno eſt (namque ab Jove ſomnia ſæpe
Haud vana eveniunt) fauſto natum omine regi
Auguror hæredem, fauſto natum omine genti.
Nuper enim, memini lætus, quo tempore primum
Ore diem rauco criſtatus provocat ales,
Viſus adeſſe mihi Morpheus, nec imagine rerum
Veſtitus variâ, nec res abſque ordine fundens,
Sed clara ante oculos veriſque ſimillima pandens.
Poſtquam jam ſenſus mentemque paraverat omnes
Rite videre dolos, ſubito me corripit alis
Arduus aëriis, motuque per æthera portans
Inſolito, antiquas tandem prope collocat arces,
Fragrantemque torum juxtà, cui regius infans
Impoſitus, placido carpebat pectore ſomnum.
Quem circum inſueto huc illuc volitare miniſtri
Ætherii vultu: talis ſe candor in ore
Oſtendit formoſo, et non humana venuſtas.
Dum mecum hæc meditor, tacituſque in mente revolvo,
Agnoſco tandem, ſanctoſque ſaluto penates.
Illi, quiſque ſuas Puerum circa ordine partes

Suppeditant læti; ſeu dulcem infundere ſomnum,
Seu circùm purgare auras, atque addere ſuccos
Nutrices, cuniſque ſalubrem aſpergere rorem.
Quin etiam annorum moderator falciger ipſe
Mitis adeſt ſenior, nec inanem ſedulus artem
Exercet: paullatim infantis creſcere vires
Aſpice quâ præſtat curâ! quam molliter artus
Demulcet teneros, et vultus format et ora!
Jam ſemel ire piger, celereſque reſumere curſus.
"Sic tibi, nate," inquit, "vellem ſervire fidelis
"Semper, honoratiſque dies afferre diebus.
"Sic gremio geſtare meo, perdura ſororum
"Juſſa trium avertens, et nil miſerantia fata.
"At tibi, tempus erit, cum me vis durior Orci
"Et Parcæ immites cogent abrumpere vitam,
"Quod longè avertant, veniat dum cana ſenectus!
"Namque ego, ſi tibi quid poſſem conamine tali,
"Abjicerem prius impatiens mea tela, retroque
"Irruerem curſu, quam te proſternerem iniquo
"Ictu, præripiens properatâ morte juventam.
"Et cum mortis adeſt non evitanda ſagitta,
"Noſtrum erit, æternos famam recitare per annos,
"Perpetuiſque notis nomen ſacrare GEORGÎ."
Dixit: et aſpiciens tantâ jam ſegnius horas
Ire morâ, revocare diem feſtinat: at ille
Splendidus exoriens, radios immittit ocellis,
Et ſimul in tenues inſomnia diſſipat auras.

J. Wenham, A. B.
Coll. Vig.

Ad REGEM.

QUO juvat uſque novis orbem decorare tropæis,
Inclyte rex? Ubi feſſa pedum veſtigia figet
Muſa ſecuta tuos mundum per utrumque triumphos?
Nam neque laurigeras cepere Feretria pompas
Templa Jovis toties; toties neque Romula proles
Barbara votivis affixit poſtibus arma.
Reſpice quæ potiora domi te gaudia poſcunt!
Exue tela manu, nec dedignere parentis
Molle miniſterium, voto majore potitus.
En tibi quem prodit, partu jam læta virili,
Salva per integros Auguſta puerpera menſes!
Altera ſpes oritur Britonum, nomenque beatum
Georgius en alter, divûm certiſſima proles!
Tuque puer, (ni magna deûm nos omina fallant)
Quanta virûm ſpolia, et, domitâ tellure, tropæa
Victor ages olim, cui primo in limine vitæ
Tantis intremuere Britannûm plauſibus aures,
Tractaritque manus patrias infantula lauros!
Nec pacem interea, nec muſas pacis alumnas
Poſthabeas; pater hoc naſcenti præcipit, inter
Serpere victrices lauros patiaris olivam.
O pacem, et decus, et quicquid ſupera aſtra precamur,
Donature tuis, miſeris ſuccurrere præſens
Regibus, ipſe valens dextrâ labentia ſceptra,
Et Luſitani ſpes ſuſtentare caducas;
Si, Pater, exiguis dignere accedere chartis
Maxima materies, humilem ne reſpue muſam,
Quæ te verſiculis adhibet, thalamoſque feraces,
Infantiſque novi circum cunabula ludit.
Felix, qui digno creſcentem carmine famam
Cantabit, matura virum cum fecerit ætas,

GRATULATIO

Æmulus ac poſſit laudes didiciſſe ſuorum!
Audiet ille patri ſimilis; ſpes maxima fractis
Gentibus, Europæque ſalus: nec pulcrius olim
Ullum de claro lucebit ſidus Olympo.

Robertus Freind, A. B.
Ædis Chriſti Alumnus.

HIther, ſwains! who, whiſtling blythe,
Drive the team, or wield the ſcythe,
Hither, Nymphs! who late were ſeen
Rakeing the new-ſhaven green,
Hither to theſe ſhades repair,
Merry lads! and merry fair!
Hither come, and ſport, and play,
This is Cupid's holy-day.

By the ſilver waves, that ſteal
Soft along yon winding vale,
By the radiant blaze of morn,
Gilding bright each pearly thorn,
By the ſilken gales, that fly
Wanton thro' the cloudleſs ſky;
Hither come, and ſport, and play,
This is Cupid's holy-day.

Hither from yon ſunny bank,
Laughter, come, with many a prank!
Where beſide the limpid ſpring
Murm'ring ſweet, you gaily ſing,
Where in zoneleſs veſt you call
Echo from her moſs-rob'd wall,
Hither come, and ſport, and play,
This is Cupid's holy-day.

Here

Here the Graces hand in hand,
Decent form the ſocial band.
Here, in pureſt white array'd
Innocence, celeſtial maid,
Bids th' expanded ſoul to flow,
Bids the raptur'd boſom glow,
Bids us ſport, and bids us play,
This is Cupid's holy-day.

Hither, clad in rural dreſs,
Every ſoft-ey'd ſhepherdeſs!
Hark! the youths impatient ſay,
Leave your cotts, and come away —
Come, O, come, ye virgin train!
Leave your cotts, and ſeek the plain,
Seek the plain, and ſport, and play,
This is Cupid's holy-day.

Now in order meet advance,
Shift the foot, and weave the dance,
Trip it ev'ry well-match'd pair,
Mirthful, gay, and debonair,
While the trembling muſic flotes,
Richly wild, in ſprightly notes.
While you carol, as you play,
This is Cupid's holy-day.

Grateful now the chorus raiſe
Io Hymen! to thy praiſe,
Io Hymen! be the ſong,
Ever bright! and ever young!
Hymen! whom in Cyprus' grove
Virtue form'd the friend of Love.
Sing of Hymen! ſport, and play,
This is Cupid's holy-day.

GRATULATIO

Should a ſtranger liſt to know,
Whence our ſimple, ruſtic ſhow?
Why in vain the corn demands,
Bending corn, the reaper's hands?
Why your balmy fingers bind
Chaplets that may ſcent the wind?
Tell him, as ye ſport, and play,
This is Cupid's holy-day.

Tell him, from her ſacred bow'r
Venus ſends a fav'rite flow'r,
Such, as when, to bleſs the earth,
She gave her little urchin birth;
Say, there's not a god but gives
Fragrance to the riſing leaves:
Hence you ſport, and hence you play,
This is Cupid's holy-day.

Then, if aught in worth he's read,
Temper'd brave, or nobly bred,
Drop, ye clouds, your mildeſt dews,
Feed its ſtalk! and nurſe its hues!
Ever may the buds be ſeen
Lively, blooming, freſh, and green!
Thus he'll wiſh; and ſport, and play,
Hailing Cupid's holy-day!

Sam. Nott, A. B.
Fellow of Worceſter College.

O qui volenti jura Britanniæ
Daturus olim mollia, luminis
Inviſis oras, atque, plauſu
Unanimi comitante, prodis:
En! quæ futuri gaudia ſubditi
Teſtentur! en quam lætitiam gerant
Vultûſque cordiſque, et paterni
Regni aditum tibi gratulentur!
Jam ſentit orbis te dominum fore
Maris ſupremum; nec minus imperî
Terrâ tenebis ſceptra, toto
Littoribus metuente mundo.
Naſcenti honores Pierides ferunt
Suos; alumnis carmina præcipit
Apollo, nec tali triumpho
Se comitem Rhedycina lætam
Recuſat: atqui tu cave munera
Spernas Camœnarum; uſque ſuum decus
Doctrina ſervet; quin et ipſe
Da monitis patienter aurem.
Te mille poſthâc illecebræ petent;
Quot Aula molles blanditias habet,
Tentabit; et fervens juventa,
Conſilium renuens ſeverum,
Virtutis aſprum linquere tramitem
Suadebit; at tu reſpice patrios
Mores, nec hæredem dolentes
Degenerem videant Britanni.
Neſcis libido ſpreta quot afferat
Et quanta ſecum gaudia; ſunt bonis
Suæ voluptates, neque unquam
Pœnituit coluiſſe ſacra

GRATULATIO

Virtutis ullum jura: ſed infimæ
Utcunque plebi ſordeat, at decus
  Perenne ſit regum, ſupremum
    Neu ſolium temerata linquat.
En! quanta patri gloria propriâ
Virtute parta eſt! cordibus imperat
  Ultrò ſubactis, et Britannûm
    Delicias veneratur orbis.
En! Brunſvicorum ſtemmatis alterum
Decus, FRED'RICUM! quantus in hoſtium
  Ruens catervas ingruentes,
    Agmina conſociata ſpargat!
Seu pacis artes excolat, et rudes
Domet Boruſſos legibus, aut lyram
  Tractet, Minervæ laude ſplendet,
    Marte potens, pariterque Phæbo.
Hæc te ſequentem exempla decus manet
Æquale; ſeu te bellica gloria
  Tangat, vel, humani cruoris
    Parcior, anteferas olivam.

Tho. Hull,
Coll. Exon. Sup. Ord. Commenſ.

UNIV. OXONIENSIS.

אשרי המלך ירא יהוה
ובחסר עליון יבטח
יברכהו אלהיו
והקים כסאו לעולם ועד:
תקדמנו ברכות וטוב
ובישעתך תעירהו
תבנה ביתו בית עולמים
ובניו ככוכבי שמים:
יזרח בכורו כזרח הילל
וראשית אונו כנוגה השמש
על כסא אבותיו יקום
ושבט לא יסור ממנו:
מעתה תנח עליו רוח אלהים
ובעת זקנתו לא תעזבנו
גוים תחת רגליו ידבר
ועורף אויביו ישבור
כהנדוף עשן כן יאבדו
ובשר שונאיו תאכל חרבו:
יראו כל שפטי ארץ
יביטו כל יושבי חבל
וידעו כי יד יהוה עשתה זאת
וזה מעשה אלהינו:
כי בחרת בישראל לנחלה
ובעמך לאחוזת עולם
מלכך על במתי ארץ תרכיב
וישועות דוד תראהו:
ואנחנו עם מרעיתך
נברך שמך לעולם
ודברנו בנפלאותיך יהוה
מודים חסדיך לנצח נצחים:

John Moore,
Coll. Div. Joh. Bap. Soc.

GRATULATIO

TOllat Io plenos jam læta Britannia plauſus,
Votiviſque ſacræ redoleſcant thuribus aræ.
Inſula fortunata nimis, tua ſi bona noris!
Expectata ſalus, ſpes temporis Ille futuri
Naſcitur; — ah! quoties laſſaſti ſidera votis,
"Naſcere, Io, clamans, puer inclyte, naſcere gentis
"Et ſpes ſollicitæ, charæque decus CAROLETTÆ;
"Solamen patriæque patrique!" hinc candida Virtus
Mille addit veneres, patriaſque in pectore dotes,
Egregiæ ſoboli; proprioque exultat alumno
Juſtitia: inſolitos hinc diva Britannia plauſus
Tollit, Io pæan, circumſonat undique tellus,
Et nemore Aonio teſtantur gaudia muſæ.
O infans dilecte deo, ſpes ultima gentis!
Fortunate, tibi riſerunt numina quæque
Naſcenti: — varios caſus et tædia belli,
Fataque regnorum, ſceptrique inamabile pondus,
In te ſpem ponens certam, obliviſcitur, olim
Sollicitus, Pater; invigilans tibi brachia collo
Dat mater, vultus attento lumine luſtrans,
Nec queritur duros, te ſoſpite læta, dolores.
Quinetiam et luſus, et cætera ludicra ponens,
(Cum jam firmarit mentem robuſtior ætas)
Aſpera doctrinæ tentabis; ſternet eunti
Ipſa Miverva viam; illa aderit tibi, nobilis infans,
Quid deceat, quid non, quid turpe, quid utile monſtrans:
Dum patris exemplum te format ad ardua regni,
Sive colas bellum, aut felicis munera pacis.
Fortunata parens! tibi caſti numina amoris
Participem tribuere, et neſcia fallere corda.
Ah quoties tenerum complectens leniter ulnis
Cernet ovans veneres CAROLETTÆ, cernet honorem,
Et majeſtatem teneris ſplendeſcere in annis,
Et tenero ſuperincumbens dabit oſcula nato!

O felix

O felix CAROLETTA; tuos confirmet amores
Hoc thalami pignus: ſerum demittat in ævum
Brunſvici genus: et patrias in pectora prolis
Transfuſas ſpectet ſecura Britannia dotes.

Carolus Wake, Bar. Fil. natu tertius,
Coll. Div. Joh. Bapt. Commenſ.

Ωναξ Αλκιονη μεδεων, σοφε κοιρανε λαων,
Οι μεν μωσοπολοι χρεω Ισιδος ευρεϊταο
Αρχομεν ευφροσυνας, ὁτι παις αγαπατος εγεντο,
Τον Χαρολεπα τεκεν θαλαμος κυδος νεογραπτος·
Α δε την κραδιην ενι δεσμοις ποτνα νεοισιν
Δησε μαχαιρα δαμαρ, ψυχα και ζωα ανακτος·
Μηκετι δ' ωδινεν τρομεει, βελος Ειλειθυας
Μηκετι οι φοβεροιν, την βωσατο λυσιζωνον.
Ω' ναι' ω ματερ, Χαειτων τεκος ιμεροφωνων,
Χαιρε μεγ' αιδοια· συ γαρ ωδακοιτις αμωμων
Εσσι θεμισοπολε βασιληος, ὁν ευφρανες αρτι
Τως θαλαμως σεψασα, καλον δ' αναθρεμμα τεκουσα.
Τεις μακαρ ω βασιλευ· συ δε φρασσαο, ποτνια ματερ,
Ουχ' αρ' εχει γλυκυ τ' εν μαλακησιν χερσι φορησαι
Πρωτοτοκον σεο παιδα, και ομμασιν ενθα και ενθα
Παπηναι ερατω μεν εοικοτα ϊδεα πατρι;
Μοι δε δοκεις, βασιλευ, μακαρεσσι θεοισιν ὁμοιος,
Ιζανειν ὁς δυνασαι αλοχω ωδα σῃ Χαρολεπῃ,
Α γε καθαπομψη πολυ, κ' εν κολποισι τρεφουσα
Παιδα πεειξ ἁπαλω σωματος κε πεδερχεται ἁδυ.
Χὡταν λῃς λυπαν κραδιης απο λυσεμεν, ω' ναξ,
Ω, λαοι επιτερφαται και τοσσα μεμηλε,
Παις ὁ θεος δεδαως παπταζεμεν ἁδυ λαλησει,

GRATULATIO

Γεν' επεας πατερ· συ δε γηθοις δακρυα χεουσας,
Νηπιαχον σεο παιδα καλεν μαλα πυκνα φιλασεις.
Ει δ' αρα Μωσ' επιμως μαντευεται, ουδε γαρ αλλως
Χρη μαντευσασθαι, ὅτις ἑτος αμμιμονι πατρι
Εσεται ισος, επει ρα μιν ανερ ες μετρον ελθη,
Γεναμμοιν κυδος, μεγα φως οφελος τε βροτοισιν·
Ηδε πολυκλαυτου λαοις πατρος οψε θανοντος,
Παντες γαρ θνατοι πελομεθ' αφατοι τε φατοι τε,
Ου τι κατα φρενας οἱ πολυμηϊα εργα μελησει,
Ησυχα δ' ειρηνη φιλιος βρετονεσσιν αναξει.

Tho. Clark,
Coll. Div. Joh. Bapt. Schol.

AD REGEM.

CReſcere præclaram dum ſpectat America pubem
Læta ſub auſpiciis, Rex generoſe, tuis,
Suaviter æſtivos Britones, te ſoſpite, ſoles,
Hibernoſque vident gratiùs ire dies.
"O ſuperi, nobis propria hæc ſint munera," Phœbo
Haſce oriente edunt, haſce cadente preces.
Ecce, tibi fauſto nunc omine naſcitur infans,
Noſtra nec iratis ſunt data vota notis.
Illum idem rex eximius genitorque docebis,
Quæ deceant regem munia, quæque virum.
Illum ad delubrum veri pia mater honoris
Ducet, et ad Charitum, quas amat ipſa, chorum.
Pacificos placidi hinc regis non temnet honores;
Illum hinc gloriolæ non agitabit amor.
Diliget ingenuas artes, cupietque vocari
Libertatis amans, deliciæque virûm.

Ingenii

UNIV. OXONIENSIS.

Ingenii dotes placido mitiſſima vultu
  Et colet, et cultas turba novena canet.
Nec ſpernet, gratæ quæ præbent dona Camœnæ,
  Cùm ſciat has regum facta vetare mori.
Dumque volet ſummâ titulos virtute mereri,
  Ad famæ culmen nobilis ardor aget.
Hæc ubi conſpiciet, quis non utriuſque parentis
  Egregia excipiet plauſibus acta Brito?
Et, "GEORGÎ, (dicet) ſemper det veſtra propago
  "Et patriæ patres, conſimileſque tibi."

Wadham Wyndham,
Coll. Wadh. Sup. Ord. Commenſ.

ON that auſpicious day, when Britain's ſons
With ſuppliant voice invok'd all-gracious heav'n
For bleſſing on the royal babe; at eve
By pleaſing contemplation led I ſtray'd
Where Thames nigh Windſor pours his cryſtal tide,
Rolling to great Auguſta's citadel
The gen'rous tribute of his copious urn.
Nature thro' all her works triumphant join'd
Her joyful revels, ſave the ſilver moon;
She o'er yon eaſtern hill in ſilence ſeem'd
To liſten, and reſtrain her courſe to hear
The univerſal ſhout of Albion's iſle.
As on I mus'd in deep attention loſt,
Sudden aerial ſounds ſalute my ear,
Like ſuch as in ſweet whiſp'ring accents drop
From leaves juſt fann'd by zephyr's ſofteſt breeze.
Trim fairy elves ſoon caught my wond'ring ſight,
Wheeling with printleſs foot their airy rounds
O'er moſſy bank, while glow-worm's moment lamp
Dim-twinkled thro' their clear pellucid form.

To the apt moments of their magic dance
They ſang, how preſent at the royal birth,
Each had the tender infant form impreſs'd
With all that's fair and all that's beautiful.
Hark! The ſweet ſong ſtill ſtrikes my raviſh'd ear:
Hither all ye fairy powers,
Haſte from your celeſtial bowers;
Whether in yon region high,
Or in cowſlip's bell ye lie,
Feaſting on the pearly dew,
That diſtills freſh ſweets for you;
To conclude this feſtive day,
Come, ye dapper elves away.
E're the ſun his beams had ſpread
O'er yon mountain's duſky head,
E're the bee this morn did ſip
Food from roſebud's velvet lip:
Oberon! of race divine,
Shedding influence benign,
Say, how you with all the throng
Studious of enchanting ſong,
Sooth'd the royal mother's breaſt
With maternal care poſſeſt,
Whiſp'ring to her raviſh'd mind
Future bleſſings, hopes refin'd,
Days of glory, fame enſur'd,
Faction blaſted, peace ſecur'd:
Whilſt ye ſat with rapt'rous joy
Brooding o'er the princely boy,
Charms infuſing quick as thought,
Charms with ſubtleſt magic fraught,
Breathing beauty o'er his face,
Virtue's beauty, virtue's grace.
Happy babe! whoſe willing breaſt
Quick receiv'd the ſtamp impreſt:

Happier parents, who ſhall ſee
All their worth unite in thee.
To conclude this feſtive day,
Come ye dapper elves away.
Thus ſang the elfin ſprights: and now the moon
Had gain'd mid heaven, when the airy crew,
Mounting the ſubtle texture of her beams,
Fled thro' the regions of unbounded ſpace
To realms unviſited by mortal eye.

W. Benſon Earle, A. B.
of Merton College.

NAſcere, Io, nitidoque caput, ſol, exere cœlo;
Exere, qualis ubi, ſacros miſeratus honores
Imperii, ſtabilire unum de millibus, unum
Brunſvicûm Angliacis voluiſti adlabier oris,
Liberaque effuſis commercia fervere portis.
Naſcere, et æterno quoties remeabilis ortu
Annus eat, ſit fauſta dies, ſit lucis origo
Sanctior: en! tecum qui mox primordia vitæ
Ordinet, et gratus referat cunabula prima,
Naſcitur in ſolium, cui parva in pectora ſentit
Transfundi patrias lætata Britannia dotes.
Ille, licet tener in cunis ſine viribus infans
Incubet, ille olim nec avis ataviſve minorem
Se dabit, aut virides cernet marceſcere laurus.
O dilecte puer, gravidos tibi ſternit honores
Autumnus, tibi flaventi ſubridet ariſtâ
Dives ager, zephyrique tuum genitalior aura
Adventum exhilârat. Non triſtia bella quietem,
Non ſi tetra quatit motum diſcordia mundum,
Non tuba terribilis ſomni levis otia rumpet.

Scilicet hinc longè crudeles imbuat enſes
Ruſſia, quà ſolio exultans impunè, recenti
Sanguine jam perfuſa ſedet Catharina mariti:
Cui modo contigerat ſi fors imitarier artes,
Prædulcis CAROLETTA, tuas, quæ lumine pectus
Sanctum ornas, ubi purus honos, ubi mille decenter
Conjurant veneres; jam nunc regnique toriquc
Optima vixiſſet ſocii et fidiſſima cuſtos.
Aſpice ut inſtratus pompâ venerabilis hæres
Regali jaceat! quali ſpectabilis ore
Emicet in lucem! nec vero luce refulſit
Clarior Æneas, purâ cum evanuit æthrâ
Nubes circumfuſa, Venus licet ipſa decorem
Maternum nato genetrix, lumenque juventæ
Purpureum, lætoſque oculis afflârit honores.
Interea tu creſce, puer, creſcentibus annis
Clarior, infantiſque licet nunc inſula famam
Limitibus certis arctoque coerceat orbe,
Emineas; neque enim, cum firma acceſſerat ætas,
Creta deum tenuit vinctum, non ultimus orbis
Enitenti animo aut ingentibus obſtitit auſis.

Chriſtophorus Taylor,
Coll. Magd. Semicom.

HAIL Euterpe, nymph divine,
Faireſt of the tuneful nine;
At thy chearful altar, ſee,
Low I bow the willing knee,
As on this auſpicious day
Forth I pour the votive lay,
When to crown a nation's prayers,
And relieve a monarch's cares,

On

On high deeds of goodneſs bent
Heaven a royal ſon has ſent,
Glory's brighteſt days to prove
In a free-born people's love,
Bleſt, and bleſſing to beſtow
Every joy that mortals know.
Ever ſacred be the morn,
Princely babe, that ſaw thee born:
Kindeſt influence on that hour
Friendly ſtars conſpired to pour:
Sought to bleſs the ſubject earth,
Sought to bleſs — and give Thee birth.
Heedleſs for herſelf awhile,
See the tender CHARLOTTE ſmile!
She amidſt a mother's throes
Looks of love on thee beſtows;
Sweeteſt prince, one ſmile employ
To compleat a parent's joy.
Lo! around, the matron band,
Pleaſing taſk! attentive ſtand:
Duty, love, and joy combin'd,
Captive hold each anxious mind.
But not words, nor numbers faint
GEORGE's heart-felt bliſs can paint,
How his conſcious looks expreſt
Softeſt paſſions in his breaſt,
When, to his delighted ear
Proud the pleaſing news to bear,
Fame enraptur'd did relate
Favour'd Albion's happy fate.
While from every hill around
Notes of public joy reſound,
Riſing from his wat'ry bed
Britain's Genius rears his head:
Proudly tow'ring to the ſkies
See his awful form ariſe,

Hear him pour this ardent prayer
O'er the much-lov'd monarch's heir;
" On him ſhed, indulgent heaven,
" Choiceſt gifts to mortals given,
" Every bleſſing may he ſhare,
" Every virtue be his care;
" From example form'd to be
" Noble, good, and wiſe as He,
" Who, of every grace poſſeſt
" That adorns a monarch's breaſt,
" Strives, nor can he ſtrive in vain,
" O'er his people's hearts to reign."

William Grove, B. A.
Fellow-Commoner of Oriel Coll.

VOS quæ regali lætantes hoſpite, feſtas
Certatim choreas agitis, nî forte morentur
Egregiæ vultus CAROLETTÆ, et forma, Miniſtræ
Salvete illuſtres; neque enim vos muſa tacebit
Felices, quarum ſubiit bene credita tectis
Spes Britonum, ſubiit GEORGÎ dulciſſima conjux,
Dimidiumque animæ: vos illam, ſedula turba,
Stipantes, cùm jam partus enixa jaceret,
Lucinæ officio lenîſtis ſoſpite curas.
Naſcentis pueri primas vos aure fideli
Hauſiſtis voces, regni præſaga beati
Omina. Vidiſtis crebro repetita parentum
Oſcula et amplexus, et vota ardentia; ut ore
Penderent avido, lachrymas ut muta cieret
Lætitia: expleri poterant neque corda tuendo
Maternumque decus, majeſtatemque paternam.
Vos quoque vidiſtis pompam, cum Palladis urbe
Emiſſus, veſtris ſuccederet ordo togatus

Limi-

Liminibus, memor officii; cum leniter infans
Rideret cunis, molli cervice reflexa,
Se genti Iſiacæ ſpondens muſiſque patronum. —
Vos ſalvete Lares! puerum defendite, gentis
Exaudite preces; ſic veſtros nulla receſſus
Fortuna obturbet, foribus ſed rite corollam
Votivam nectant Britones; vos carmine dicant,
Fauſtum anno volvente diem: mox laudis amore
Concitus, ille etiam, vagit qui parvulus aulâ
Brunſvicius, ſpolia his aptabit victor opima
Poſtibus, hic quæſita haud uno ex hoſte tropæa,
Hic arma, hic currus olim, ſoliumque locabit.
Ter ſancti ſalvete Lares, domus inclyta ſalve!
Dignatur Caroletta ſuum cui imponere nomen;
Ante alias celebranda domus! licet alta ſuperbas
Vinſoria oſtentet turres, licet æmula ſurgat
Ædibus et viridi ridens Hantonia ſaltu.

Euſeb. Iſham,
Coll. Magd. Semicom.

GEeorgî, venuſte Infantule,
Quem læta parturit Venus,
Et blanda fingit Gratia,
Oris tui nitens color,
Frontiſque regiæ decus,
Et forma multum fulgurans,
Amoris accendit faces.
Auguſte, lacte purior,
Ipſoque melle dulcior,
Ipſaque luce blandior,
Naſcente te, jam naſcitur
Suprema gloria Angliæ.
Ornant tuas comæ genas,

Ut palma viret frondibus;
Fulgent ocelli lucidi,
Sol ut coruſcans fontibus;
Fulgeſcit ore purpura,
Ut verna pullulans roſa
Odore ſuavi germinans.
Cupidines en! circiter
Protervitate luſitant:
Invecta bigis Cynthia
Diffundit argenti jubar;
Phæbuſque lumen æmulum
Miratur in cunabulis.
Pater ſatorque temporum
Tibi benigna ſidera,
Dieſque finxit aureos.
Te, te benignus reſpicit
Sublimis ille, caſtus, et
Prænobilis GEÖRGIUS;
Et fovet amato ſinu,
Et mille figit baſia,
Et filiorum filios
Promittit, iſto ſtemmate
Beans futura ſecula;
Nec bella pallet fervida,
Ramos olivæ porrigens.
Tu regna firmas, et ſacro
Tu corda nectis compede:
Patriſque laudes exprimes
Infantulus balbutiens.
O quam jucundi erunt dies,
Cum jura dabis Angliæ.

Franc. Finch, **A. B.**
Coll. **Div. Joh. Bap. Soc.**

Y twr-wnn, a daranodd,
Ergydiau i'r rhiwiau rhôdd;
Bloedd o nenn, heb lâdd neb;
Sŵn etto, ſy'n ei atteb;
Daeth i gluſt; hyd eitha gwlad;
Yr awyr a hŷllt ái ruad;
Clybu gymru, llŷ, a llan,
A'r holl dirioedd, 'r hyll daran:
Ein brynniau, a'n creigiau cro'ch,
(Wych-glau ſwn) chwy a glowſoch;
Fod eginin, brenin bri,
(Gwŷwl inu) ogael ei eni:
Clawdd inu os bydd, cledde Spain;
Yn bwriadu drwg Brydain:
Mewn crûd gwiw-lwys y gwela,
Ryw ardderchog dywyſog da:
Undewrwych, y'no 'n deran,
'N crio a geir (un crŷ, a gwan)
Heb flino ei ceir, blaenor câd
I'w Gaſeion, gwae ei ſuad;
Cene llew, yn cnoi, llid
Ir Hyſpaenwyr, oes penyd:
(Swydd-fawr) ar ei orſedd-faingc
Bydd erchyll ffrewyll i ffraingc:
Mae' nês aros, oes euredd,
A ddaw i'r byd â hyfryd hêdd;
Gyda' llawnder, mwynder maith,
Pur-ffydd, a chariad perffaith;
Medd ſybil-iw hîl ài hâd;
Bydd dewr-nawſedd deyrnaſiad;
Pan wiſcio huno ein hjôr
A garwn; a mynd o'n goror;
Mae ini, iw enenio,

GRATULATIO

Yn frenin, byddin y bo
Boed gwellhâd (y byd erllês)
Fron heini i'r Frenhines;
Mam lliaws, hynaws boed hon,
Aerod dewr-wych (rai tirion)
I'r goron, (gwyr o gariad)
Doed mîl o'u tŷ, mâl eu tâd.

Hugh Jones,
Coll. Oriel.

נגילו הנה נער נולד למלך
נגילו כי שר לנו נתן:
אשרי אנחנו והו עם היטיב
שא ראשך הים והנשאו נהרות
גם רבות איים יעלזו:
כי בא כי בא לשפוט עם בצדקה:
ותבל למשול באמונתו:
יהי כעץ שתול על פלגי מים
אשר בו פריו פרי צדקה:
ילכו יונקותיו על כל ארץ
ושלום מאדמה יניץ:
הנה יבאו כל גוים יחדיו
הם והם בצלו ירבצו:
על כן ביום הזה נרון
בזמרות נריע לצור תאותינו:

Henricus Rigby,
Coll. Wadh. Schol.

Στροφη α'.

ΣΕΛΑΝΑ ελθ', αργυροχωκλον
Φεγγος αἰλιωδες,
Λαμπροις ελθ' ἱπποις βασιλισσα
Νυκτος ατρεμαιας,
Ὡς πρ, σωεχουσα διφρον λοξον,
Δρυιδων πολ' αιες μελοποιων,
Τεμνει σελας ἀδυπνοῳ ναπαι-
σι τε δενδροφυταις προχεουσ'· εν ἑδραις δ'
Οφθητε φαεινως,
Ασερες απλανητοι.

Αντιστροφη β'.

Επικτε γαρ γαια Βρεταννις
Φιλτατον λοχευμα,
Ποιησον λαῳ μεγα χαρμα,
Ζηνος ευαρεστον
Δωρον τ'αγαθον τελεσει δ' αυτος,
Βλαβος εκβαλων χθονος· πολυμοχθον
Τον Αρην, δαϊον τερας, συμπαυσων,
Φονεοντα νεκυς, χορος ὡς Καδμειους
Ραψωδος, εγειρεν
Κἀν πολεϊ σεναγμους.

Στροφη β'.

Ενθα παλαι Ζηνος αμωμων
Παρακειται γυιας·
Ενθα γελων ἀβρα νεογνοις
(Ακουαν ὡς εδαην)
Οφιν μιμν δυο χερσι
Χαριεις αγχονασεν· ---

GRATULATIO

Βρεφθ, ἡμιν συ δ' εσῃ
Τερψις, κλεθ ηδ' αεναον·
Ανοσιαν γαρ συ δαμας,
Νηπιος ων, δυσμενεθ·
Ταν εριθειαν πολεως,
Φοβερθαν, ὀφιωδην·
Φιλιας σων τε τυχων,
Κἀν βιοτῳ φιλομοχθον
Ζηλων Ηρακλεα.

Αντιστροφη β'

Ωγυγιον μην τοτε κυδος
Βασιλεων τ', αρχομβρων τ',
Εισομεν, ασκειν σαφ' ἐκοντων
Πολεμους τ' ηδε τεχνας
Φιλεταιρας· ταφθ ανδρων
Αγαθων πασα δε γα,
Αρετων μναμοσυνα·
Βλαψει το καλλιν δ' επιταφιον
Μητε φθονος, μητε χρονθ
Παυδαματωρ· παυ, συγ' εσῃ
Ὡς θεογονοι δ' ἀδυπατεις,
Βρεφθ αμβροτ' ανακτων·
Ποθεσουσ' ευτυχεες
Ου Βρετονες βασιλευσοντ'
Αιει Γεωργιαδην.

Ric. Wooddeſon,
Coll. Magd. Semicom.

" HOW is thy ſpirit, hapleſs Gallia, fled!
" " Where is that proweſs thou wert wont to boaſt?
" Is then thy antient thirſt of glory dead?
" Are all thy pleaſing hopes of freedom loſt,
" Which thy brave ſons ſo roughly ſtrove to gain,
" When daring Edward, by divine command,
" Plough'd with his hardy troops the billowy main,
" And wreak'd heaven's anger on this guilty land?
" Tho' heav'n decreed the blow which Edward gave,
" Yet was Alanſon, yet was Lorraine brave.

" Have ye not heard, how Henry claim'd the throne,
" When Charles aſſerted his paternal right?
" By dint of valour he regain'd his own,
" And thrice ten years maintain'd the doubtful fight.
" Is then your freedom thus preſerv'd in vain,
" By the dear blood of your forefathers ſav'd,
" That thus ye crouch beneath the galling chain,
" In worſe than Britiſh bondage now enſlav'd!
" Edward was generous, and had Henry reign'd,
" France might have yet a milder fate obtain'd.

" Has heav'n indignant to our mis'ries join'd,
" That greateſt curſe, a baſe degenerate ſoul?
" Elſe why this tumult? why theſe ſounds deſign'd
" To rend with ill-tim'd joys the conſcious pole?"
Thus ſang a Gallic Muſe, whoſe daring wing
Far diſtant left her groveling weak compeers;
Whilſt the throng'd nobles hail'd their future king,
And bards prophetic, aw'd by ſervile fears,
Anticipating times of long renown,
Foretold the glories of the dauphin's crown.

Then to thee, Freedom, pay'd their votive lays
Thoſe hireling bards, who, ere they dar'd to ſing,
And to thy deity mock altars raiſe,
Muſt bow obeiſance to an haughty king.
They, whom thy happy leſſons never taught,
On whom from thee ne'er glanc'd one tranſient ray,
One liberal ſentiment, or manly thought
That dar'd to bid them hate tyrannic ſway,
Tender'd their abject incenſe at thy ſhrine,
Whilſt ſlav'ry breath'd in each enervate line.

Let bards thus nurs'd beneath a tyrant's rod
Pay forc'd devotion to an empty name,
As Athens once ador'd an unknown god,
Nor deem'd for whom they rais'd the holy flame:
Let them with art ſuppreſs the ſtarting tears,
And ſmile deceitful, whilſt inur'd to pain,
Ev'n bleſs the means, that ſhall to lateſt years
Of all their ills protract the tedious chain.
Heav'n hath not ſo taught Britons; — yet their lay
With joy unfeign'd ſhall crown each happier day.

In ſtrains more honeſt ſhall the Britiſh muſe,
In ſtrains more jocund greet the royal ear;
Mov'd by no ſervile dread, no ſordid views,
Alike aſham'd of flattery and of fear,
Their grateful wreath ſhall ſcience' ſons entwine;
And ev'ry muſe ſhall bleſs th' auſpicious morn
That ſaid, "Hail Albion, for from Brunſwick's line
"Another guardian of thy laws is born."
Thro' the glad iſle their joyful hymns ſhall ring,
Britain thro' every clime ſhall hail her future king.

William Cleaver, A. B.
Probationer Fellow of Braſenoſe College.

ALtera ſpes Britonum! tibi Brechonis ardua moles,
Et Snowdon nutare caput; tibi diruta tellus
Cornubiæ ſubmittere opes et viſcera gaudet.
Quin tibi continget (procul O! procul hora recedat)
Imperium oceani; tibi ſerviet Indus uterque,
Te dominum agnoſcet fugitivâ Gallia claſſe.
Sed quid enim? — Auſpiciis veniat nunc illa paternis,
Illa, diu nimium votis quam poſcimus omnes,
Pax ſecura tuis; et dum furor impius orbem
Uſque adeo trepidum populatur; ſit tibi cordi
Exemplo patris miſeras compeſcere gentes,
Fœdere et optato luctantia jungere regna.
Sæviat ille licet, turpi diteſcere prædâ
Quem juvat, et vacui deſerta extendere regni.
Te tamen, O princeps, pater optimus excitet olim,
Relligione potens teneros componere mores:
Sic etenim nobis libertas tuta manebit;
Libertas; pro quâ tot, tanta pericula belli
Sprevimus, atque animas ultro projecimus: Illi
Semper ſit potius pacis tutarier artes,
Moreſque ingenuos: ſat vis et barbarus horror
Sæviit armorum; ſat poſſidet Anglia: Galli
Indigenas teneant fraudes et perfida regna,
Seque ſuo perdat demens Hiſpania faſtu.

Joannes Collins, Jun.
Coll. Regin. Commenſ.

GRATULATIO

ALL human things experience change of fate;
The ſoul-enlivning joy roving awhile
Steals from her favourite manſe of bliſs, to chear
The homely cot, and wrinkled Care's ſad brow,
Sweet interlude of eaſe! by gloomy thought,
And keen diſtreſs rare felt! Nor can the lure
Of courts and crowns the fleeting gueſt engage,
Or fix her ſtay beneath their vaulted roofs.
Yet ſtill great Brunſwic's breaſt ſhe chiefly loves;
Content to meditate excurſions ſhort;
Where finding no congenial breaſt, ſhe wings
Homeward her flight, by abſence more endear'd.
Long had his CHARLOTTE bleſs'd the godlike prince,
Her manners mild, her ſound endearing ſenſe
Long charm'd his ſoul, to love and ſocial joy
Attun'd. When lo! (ſad change) his conſort faints,
And rueful throes embitter that ſweet ſcene
Which Eden bliſsful made: ere the firſt pair
Their inbred happineſs, and virtue loſt,
In one ſad ruin. Meanwhile in the man
See all the monarch ſunk! His ſympathy
Confeſs'd the hero is the moſt humane.
Quick mindful of her charms, and accents ſoft,
GEORGE dropt the tear, his ſceptre laid aſide,
The robe of ſtate, and garter'd dignity:
Then ſought retirement to indulge a thought
Pregnant with grief and expectation mixt;
'Till kind Lucina lent her timely aid,
And ſweet oblivion buried every pang,
Loſt in the tranſports of a mother's joy. —
The peerleſs ſire with rapture heard the ſound,
Which buſy fame thro' the wide dome diffus'd:

Prompt

Prompt to conjecture what his Britons felt,
Gaz'd on his boy, and ſmil'd and gaz'd again.
Then turning to his lovelier conſort ſpoke
Majeſtically mild; "Hail, partner dear,
My better half! who calmeſt all my ſoul
In tender thought and home-felt fondneſs wrapt,
And quickeneſt pure delight, unknown before!
May this fair pledge of mutual love prolong
To life's laſt breath inviolate, the joys
Entail'd on conjugal fidelity.
And O! affect he firſt my Britain's cauſe,
Protect he well her commerce, and her fame,
Her laws revere, her rights maintain, and riſe
The friend, the father of the future age."

John Symmons,
Gentleman Commoner of Jeſus College.

GRATULATIO

To the QUEEN.

ILluſtrious Princeſs, form'd alone
Of George's love, of George's throne,
To claim the envied prize;
While in thy breaſt, ſerene as fair,
The parent's joy, the parent's care,
In ſweet conjunction riſe:

Forgive a muſe, whoſe artleſs lays
No common themes of joy or praiſe
Could ever teach to flow;
Forgive if, ſtrongly charm'd, ſhe dare
